De intelligentia harum locutionum deus factus est homo deus est homo. an his locutõnibus dicatur deus esse factus aliquid vel esse aliquid. vel nõ esse aliquid.

Ex premissis autem emergit questio plurimum ꝓtinens vtilitatis sed nimiũ difficultatis atq̃ perplexitatis. Cum eñ constet ex predictis z alijs pluribus testimonijs omnesq̃ catholici vnanimiter fateantur deum factum esse hominem. z xp̃m verum deum esse et veruz hominem. queritur an his locutionib̃ deus factus est homo. filius dei factus est filius hominis. deus est homo z homo est deus. dicatur deus factus esse aliquid. vel esse aliquid. vel aliquid dicatur esse deus. et an ita conueniat dici. homo factus est deus. et filius hominis factus est filius dei sicut econuerso dicitur. et ex his locutionibus non dicitur deus factus esse aliquid. vel esse aliquid. que sit intelligentia harum

DI. VI

Q. in huius q̃ stionis exposi tione differũt sapientes.

locutionũm et similium. ĩ huius profũ ditatis reseratione et scrupulose quest tionis expositione plurimum differre ĩ ueniuntur sapientes.

Quorũdam sententiã refert

Alij enim dicũt

in ipsa verbi incarnatione hominẽ quẽ dam ex anima rationali et humana car ne constitutũ. Ex quibus duobus om nis verus homo constituitur. et ille ho mo cepit esse deus non quidem natura dei sed persona verbi ⁊ deus cepit esse homo ille. Concedunt etiam hominez illum assumptum a verbo ⁊ vnituz ver bo ⁊ tamen esse verbum ⁊ ea ratõe tra dunt dictum esse deum factum hominẽ vel esse hominem. quia deus factus est .i. cepit esse quedaz substantia ex ani ma rationali et humana carne subsistẽs et illa substantia facta est id est cepit es se deus. non tamen de migratione na ture in naturam. ꝗ vtriusq̃ nature ser uata ꝓprietate factum est / vt deus es set illa substantia. ⁊ illa substantia essz deus. Unde vere dicitur deus factus ẽ homo / et homo factus est deus. ⁊ deus est homo. et homo deus. et filius dei fi lius hominis et econuerso. Cunqz di cunt illum hominem ex anima rationa li. et humana carne subsistere / non tam̃ fatentur ex duabus naturis esse compo situm. diuina scz ⁊ humana nec illius partes esse duas naturas / sed animaz tantum et carnem.

Autoritates ponit quib̃ mu niunt suam sententiam.

Et ne de suo sen

su tantum loqui putentur / hanc senten tiã pluribus muniunt testimonijs. Ait eñ augustinus in libro de trinita. Cuz legitur verbum caro factum est / in ver bo intelligo verum dei filium. in carne agnosco verum hominis filiũ. ⁊ vtrũq̃ simul vnam personam / deum et homi nem ineffabilis gratie largitate coniun ctum. Idem in ench. xp̃s ihesus deus de deo est. homo autez natus est de spi ritusancto ex maria vgine Utraqz sub stantia / diuina et humana / filius ẽ vni cus dei patris omnipotentis de quo ꝓ cedit spiritussanctus / vtrumqz vnus. ꝗ aliud ꝓpter verbum. ⁊ aliud ꝓpter ho minem. non duo filij deus ⁊ homo. sed vn̄ dei filius. Deus sine initio. homo a certo initio. Idem in eodẽ Quid na tura humana in cristo homine meruit. vt in vnitatez persona vnici filij dei sin gulariter assumpta esset. Que bona vo luntas que bona opera precesserunt. q̃ bus meretur iste homo vna fieri perso na cum deo. Nunquid antea fuit homo et hoc ei singulare beneficium presci tum est. vt singulariter ꝓmereretur de um. Nempe homo esse cepit / non ali ud cepit esse homo q̃z dei filius. et hic vnicus. et propterea dei verbum. quia est ab illo suscepta caro. facta est vtiqz deus vt quemadmodum vna est perso na quilibet homo anima scz rationalis et caro. ita sit cristus vna persona ver bum et homo. Idem super iohannem Agnoscamus geminam substantiã cri sti diuinam scilicet qua equalis est pa tri. et humanam qua minor est patre. vtrumqz autem simul non duo sed vnus est cristus ne sit quaternitas non trini tas deus. Ac per hoc cristus est deus. anima rationalis et caro. Idem quo qz in libro de predestinatione sanctorũ Ille homo vt a verbo patri coeterno ĩ vnitatem persone assumptus filius dei vnigenitus esset. vnde hoc meruit Ab bonum eius precessit vt ad hanc ineffa bilem excellentiam peruenirẽt. Faciẽ te ac suscipiente deo verbo ipse homo. ex quo esse cepit filius dei vnicus esse cepit. Item homo quicunqz ita gratia fit cristianus sicut gratia homo ille / ab initio factus est cristus. Idem in libro xiij. de trinitate. Gratia dei nobis in homine cristo commendatur Quia nec ipse vt tãta vnitate deo vero ꝓiunctus

Aug.

vna cum illo persona filius dei fieret / nullis est precedentibus meritis assecutus. Sed ex quo homo esse cepit / ex illo etiam deus. Unde dictum est verbum caro factum est. Hilarius quoq; in decimo libro de trinitate ait. cristũ non ambigimus esse deum verbũ neq; rursus filiũ hominis / ex anima ⁊ corpore constituisse ignoramus. His alijs q; autoritatibus vtuntur. qui hominẽ quendam ex anima rationali et carne compositum dicunt deum factum. sed gratia non natura. Sola enim gratia habuit ille homo. non meritis vel natura / vt esset deus siue dei filius. vt haberet omnem scientiam et potentiam quam habuit verbum. cum quo est vna persona. Nec tamẽ insuperioribus legitur q; homo ille sit vna persona cum verbo. et sit ipsum verbum. sed etiam q; anima rationalis et caro eadem persona sit. et cristus sit. et deus sit.

Hilarius.

Aliorum sententia.

Sunt autem et

alij qui istis in parte ꝓsentiunt. sed dicunt hominem illum. non ex anima rationali et carne tantum. sed ex humana et diuina natura. i. ex tribus substancijs diuinitate carne et anima constare. et hunc ihesum xpm̃ fatentur et vnam personam tantuz esse. ante incarnationem vero solummodo simplicem. sed in incarnatione factam compositaz ex diuinitate et humanitate. Nec est ideo alia persona q̃ prius. Sed cum prius esset dei tantum persona in incarnatione facta est etiam hominis persona. non vt due essent ꝑsone. sed vt vna ⁊ eadem esset persona dei et hominis. Persona ergo que prius erat simplex et in vna tantũ natura existens in duabus et ex duabus subsistit naturis et persona que tantum deus erat. facta ẽ etiam verus homo subsistens non tantum ex anima sicut et carne. sed etiam ex diuinitate. nec tamẽ persona illa debet dici facta persona quamuis dicat facta persona hominis. facta est igitur illa persona / vt quibusdam placet ꝗdam subsistens ex anima et carne. sed non est facta persona vel substantia vel natura et inquantum est illa subsistens composita est. Inquantum autem verbum simplex est.

Autoritates etiam ponũt que hanc probant sententiam.

De hoc aug' in li

bro senten. prosperi ait. Hodis omnibus approbare ꝓtendimus sacrificiũ ecclesie duobus ꝓstare. duobus confici visibili elementorum specie / et inuisibili domini nostri ihesu cristi carne ⁊ sanguine sacramento / ⁊ re sacramenti. i. corpore cristi. sicut cristi persona ꝓstat et conficitur ex deo et homine. cum ipse cristus verus sit deus ⁊ verus homo quia omnis res illarum rerum naturã et veritatem in se continet ex quibus conficitur. De hoc eodem. Johannes damasce. In domino nostro ihesu cristo duas quidem naturas cognoscimus vnam autem ypostasim ex vtriscq; compositam. Incarnatus est ergo crist' ex virgine assumens primitiaz nostre masse. vt ipsa extiterit in carne ypostasis. que dei verbi ypostasis ⁊ composita facta fuerit que prius simplex erat verbi ypostasis. Composita vero ex duabus perfectis naturis. deitate et humanitate. et ferat ipsa diuine verbi dei filiationis caracteristicum et determinatiuũ ydeoma. scõz quod diuisa est a patre et spiritusancto. et carnis caracteristica et determinatiua ydeomata. secundum que differat a matre et reliqs hominibus. Item vnam ypostasim filij dei confitemur in duabus naturis perfecte et habentibus deitatis et humanitatis et incarnatam esse eandem ypostasim. et has duas naturas custodiri ⁊ manere in ipso post vnionem. non seorsum. et scõm partem ponentes singula

Jo. damas.

Sed vnitas inuicem in vnam composi
tam ypostasim. substantialem enim in/
quimus vnionem scz veram et non se/
cundum fantasiam. Substantialem au
tem non duabus naturis pficientibus
alteram scz vnam compositam naturã
sed vnitas inuicem in vnam ypostasim
compositam filij dei et manere eandem
substantialem differentiam determina
mus. Q; creabile mansit creabile. et q;
increabile increabile. et mortale mor/
tale. et immortale immortale. et circũ/
scriptibile circũscriptibile. et incircũ/
scriptibile incircũscriptibile. et hoc q;/
dem refulget miraculis. De hoc etiam
Augustinus in libro de trinitate ait.
quẽadmodum secundum deitatez. vna
est patris filijq; natura. ita etiaz iuxta
humanitatem / eadez est matris et filij
vna natura. Ex vtraq; ergo substantia
et diuinitatis et humanitatis vn⁹ atq;
idẽ est de⁹ dei et hominis filius ihesus
xps. vt verus deus ita etiam homo ve/
rus. Idem etiam in li. xiij. de trinita.
Sic deo pjungi potuit humana natu/
ra vt ex duabus substantijs fieret vna
persona. Ac per hoc iam est ex tribus
deo anima et carne. His alijsq; pluri/
bus autoritatibus se muniunt. qui di/
cũt personam xpi compositam esse vel
factam siue pstantem ex duabus natu/
ris. siue ex tribus substantijs.

Tercia aliorum sententia.

Sunt etiam alij

qui in incarnatione verbi. non solum p
sonaz ex naturis cõpositam negãt / ve/
rum etiã hoiem aliquem siue etiam ali
quam subam ibi ex anima ⁊ carne cõ/
positam vel factã diffitentur. Sz sic il
la duo scz animam et carnem. verbi p/
sone vel nature vnita esse aiunt. vt non
ex illis duobus. vel ex his tribus aliq;
natura vel persona fieret. siue cõpone/
retur. Sed illis duobus velut indumẽ
to verbum dei vestiretur / vt mortaliuz
oculis pgruenter appareret. Qui ideo
dicitur verus factus homo quia verita
tem carnis et anime accepit. Que duo
etiam in singularitatẽ vel vnitatez sue
persone accepisse legitur / non quia illa
duo. vel aliqua res ex illis cõposita sit
vna persona cum verbo. vel sit verbum
sed quia illis duobus accedentib⁹ ver/
bo non est personarum numerus actus
vt fieret quaternitas in trinitate. et q;a
ipsa persona verbi que prius erat sine i
dumento assumptione indumenti nõ est
diuisa vel mutata. sz vna eademq; im/
mutata permansit. Qui secundum habi
tum deum hominem factum dicũt. Ac
cipiendo eũ hominem dictus est deus.
factus est homo. et propter acceptũ ho
minem / dicitur deus vere esse homo ⁊
propter assumentem deum dicitur ho/
mo esse deus. Nam si essentialiter inq;
unt illi. deus esse homo. vel homo esse
deus intelligeretur. Tũc si deus si ho/
minem assumpsisz in sexu muliebri. et
mulier essentialiter deus esset. et econ
uerso. At potuit deus assumpsisse ho/
minẽ in sexu muliebri. potuit ergo mu
lier esse deus et econuerso.

Autoritates inducit quibus
hec sententia roboratur.

Ne aũt et isti de

suo sensu influere videantur testimo/
nijs in medium productis / quod dicũt
confirmant. Ait augustin⁹ in li. de gra
tia noui testamenti. Sicut non auget
numerus personarũ / cum caro accedit
anime vt sit vnus homo / sic non auget
numerus personarum cum homo acce/
dit vbo / vt sit vnus homo xps Legit
itaq; deus homo. vt intelligam⁹ huius
persone singularitatem. non vt suspice
mur in carnem mutatam diuinitatem.
Idem quoq; tractans illud verbũ apo
stoli. habitu inuentus est vt homo. ma
nifeste ostendit deum dici factum esse
hominem. vel esse hominem secundum
habitũ. In li. lxxxiiij. questionũ ita in
quiens Multis modis habitũ dicim⁹

vel habitum animi sicut disciplinę perceptionē vsu firmatam vel habituz corporis. sicut dicimus alium alio validiorem vel habitum eorum que mēbris accomodant extrinsecus. vt cū dicimus aliquem vestitum vel calciatū ⁊ huiusmodi. In quibus omnibus generibus manifestum est / in ea re dici habitum q̄ accidit vel accedit alicui. ita vt eā possit etiam non habere. hoc autē nomen ductum est ab illo verbo qd̄ est habere Habitus ergo in ea re dicitur / que nobis vt habeatur accidit vl accedit. Ne runtamen hoc interest. quia quedā eorum que accidunt vel accedunt. vt habitum faciant non mutātur. ꝗ ipsa mutant in se integra ⁊ inconcussa manētia sicut sapientia accedens homini non ipsa mutatur / sed hominem mutat quem de stulto sapientem facit. Quedā vero sic accedunt vel accidunt vt mutent et mutentur. vt cibus qui amittens spēm suam in corpus vertitur. et nos cibo refecti ab exilitate atqz languore / in robur atqz valentiā mutamur. Tercium genus est cū ea que accidunt vel accedūt nec mutant ea q̄bus accidunt / nec ab eis ipsa mutant. sicut anulus positus in digito quod genus rarissime reperitura. Quartū genus ē cum ea que accidūt vel accedunt mutant non a sua natura ꝗ aliam spēm et formam accipiūt vt est vestis que deiecta atqz deposita ñ habet eam formam quam sumit induta / Induta em membris accipit formā quam nō habebat exuta. Quod genus congruit huic comparationi Deus em filius semetipsuz exinaniuit non formā suam mutans / sed formam serui accipiens. neqz ꝓversus aut transmutatus in hominez amissa incommutabili stabilitate / ꝗ in similitudine hominum factus est ipse susceptor verum hominem suscipiendo. habitu inventus est vt homo. id est habendo hominem inventus est vt homo non sibi sed eis quibus in homine apparuit. Q autem dicit vt homo veritatem exprimit. nomine ergo habitus satis significauit apostol' qualiter

Prima spēs habitus.

Secunda.

Tercia.

Quarta spēs congruit huic compationi.

dixerit in similitudine hominuz factus quia non transfiguratione in hominem sed habitu factus est / cū indutus est hominem quem sibi vniens quedā modo atqz conformans immortalitati eternitatiqz sociaret. Nō ergo oportet intelligi mutatum esse verbum susceptione hominis. sicut nec membra veste indūta mutantur / quāuis illa susceptio inefabiliter susceptū suscipienti copularet Vis vbis aperte innuere videtur aug deum dici factum hominem secundum habitū. qui etiam ipsius incarnationis modum volens exp̄mere querentibus in. iiij. li. de trini. ait. Si queritur ipsa in carnatio quomodo facta sit ipsum verbum dei. dico carnem factum. i. hominem factum. Nō tamen in hoc q̄ factum est conuersum atqz mutatum sed carne vt carnibus congruenter apparet indutum. Ita s. ne factum vt ibi sit non tantum verbū dei et hominis caro / sed etiā rationalis hominis anima. Atqz hoc totū / ⁊ deus dicatur propter deum. ⁊ homo propter hominem. Quod si difficile intelligitur. mens fide purgetur. a peccatis abstinendo et bona operando. difficilia em sunt hec. Idem in li. de fide ad petrum. Dei filius cuz sit deus eternus et verus / pro nobis fact' est homo verus ⁊ plenus. In eo verus quia veram habet deus ille humanā naturam. In eo vero plenus / q̄ et carnē humanā suscepit / ⁊ animā rationalem Item non aliud fuit illa dei summi susceptio vel exinanitio nisi forme fuilis. i. nature humane susceptio. vtraqz ergo est in xp̄o forma / quia vtraqz vera et plena est in cristo substantia / diuina scz et humana natura. Idē in li. ꝓtra maximinū. Cum esset per seipsuz inuisibilis / visibilis in hoīe apparuit. quez de femina suscipere dignatus est. Idē in eodem. Nos xp̄m dñm verum hominem suscepisse credimus / et in ipo visibiliter inuisibilē hominibus apparuisse In ipso inter homines conuersatuz fuisse. In ipso ab hominibus humana p̄tulisse. In in ipso hoīes docuisse Hil.

Aug.

De modo incarnationis.

Hylarius.

quoqz in. x. li. de trinita. ait. Quomodo dei filius natus ex maria est / nisi qz verbum caro factum est scz qz filius dei cum in forma dei esset / formam serui accepit. Unum tñ eundemqz non dei defectione / sed hominis assumptione profitemur. et in forma dei propter naturam diuinam / ⁊ in forma serui ex ꝓceptione spiritussancti. scōm hominis habitum repertum fuisse. non fuit habit' ille tamen hominis / sed vt hominis. nec qz caro illa caro peccati ꝓ in similitudine carnis peccati. Audistis tres secūdum diuersos positas sententias. et ꝓ singulis inducta testimonia.

¶ Positis sententijs probatisqz testimonijs / intelligētias propositarū locutionū exequitur secundum singulas sententias ⁊ prius secundum primam.

¶ QI. VII

Secunduz primam vero dicitur deus factus homo. ⁊ hō factus deus / quia deus cepit esse quedam substantia rationalis / que ante ñ fuerat. et illa substātia cepit esse deus ⁊ hoc gratia. nō natura vel meritis habuit. Unde recte dicitur xp̄s inquantū homo p̄destinatus esse filius dei. Huic autem sententie opponitur. Si illa substantia cepit esse deus / ⁊ de' illa. Quedam ergo substantia est deus / que non semper fuit deus. et quedaz substantia est deus que non est diuina suba. et deus est aliquid quod non semper fuit. Quod et illi concedunt origenis testimonio innitentes qui ait. Factus est sine dubio id quod prius nō erat. sed addidit secundum carnem. Secundū deū vero erat prius. et non erat. qñ non erat. Alijs quoqz pluribus modis / illi sententie pōt opponi. quibus supersedemus exercitationis studium lectori relinquentes. et ad aliam ꝓperantes.

Que opponā / tur huic sentē tie.

Super epl'az ad Roma.

¶ Hic explanat secundum sentētiam. carundem locutionum sensus.

In secūda vero sententia huius dictionis talis videtur ratio ut cum dicitur deus factus est homo intelligatur cepisse esse subsistens. ex duab' naturis vel tribus substantijs et econuerso homo factus est deus. ḉa subsistens in duabus naturis cepit esse deus vel potius homo factus est deus. et econuerso dicit. quia deus assumpsit hominē ⁊ homo assumptus est a deo Unde augustinus dicit in li. de trini. Talis fuit illa susceptio / que hominez faceret deum. et deum hominē. Variatur autem intelligentia. cuz dicitur deus est homo. et homo est deus. Dicit enim deus esse persona subsistens in duabus. et ex duabus naturis. ⁊ psona subsistens ī duabus et ex duabus naturis dicitur esse deus. i. verbum vel natura diuina. Potest em̄ predicari persona simplex vel natura de psona composita. Non est autem vt ait iob. dama. idem dicere naturam vel personam.

¶ Aug.

¶ Qz non ē idem dicere naturā vel psonam.

¶ Ex quo sensu dicunt cristum predestinatum.

Isti dicūt cristū predestinatum. inquantuz est homo. i. inquantū est subsistens ex duabus substantijs. scz anima et carne. Nam quātum ad naturam diuinitatis non est ipse predestinatus. Non ergo inquantuz in ea vel ea subsistit. predestinatus est. sed inquantum subsistit in alijs duabus substantijs. i. in anima ⁊ carne. hoc est inquantum est homo.

¶ Qualiter exponunt autoritates prime que isti videtur obuiare sententie.

Determinant

etiaz autozitates que pzime pzeniunt sententie et huic videntur contradicere. vt cum legitur homo ille assumptus a verbo in singularitate persone. vel factus vna persona cum verbo de natura humana intelligatur / q̃ verbo vnita ē in singularitatem persone. i. ita quod eadez psona que pzius erat / z simplex erat sine incremento numeri / etiam immutata permansit licet cōposita. Compositionis vero huius aliaz dicunt esse rationem cū sit in alijs hominibus / q̃a huius ex tribus / alioz ex duabus substantijs est compositio. Negant quoqz naturam humanā esse personaz vel dei filium / z sicut vnum eundemqz dicunt esse hominem et deum. et filiū hominis et filium dei / ita vnum et idem / nō aliud et aliud / sicut nec alium et alium.

Quedam ponit que pzemissis videntur aduersari.

Sed his videnf

aduersari que subditis pzinentur capitulis. Ait enim augustinus super iohānem. Aliud est verbum dei. aliud homo. sed verbum caro factum est. i. homo non itaqz alia verbi / alia est hominis persona. quoniam vtrunqz xp̄s et vna persona. Idem ad felicianum Aliud dei filius. aliud hominis filius. sed non alius. Item dei filius aliud de patre / aliud de matre. Idem in li. j. de trini. Cum filius sit et deus et homo. alia substantia deus. alia homo.

Aug.

Qualiter his respondeant.

Hec autē in hūc

modum determinant / quia cuz dicitur aliud verbum dei. aliud homo siue alia substātia deus / alia homo. alterius nature significatur christus esse in quantum est homo. et alterius inquantum ē deus / et aliud natura qua est homo / aliud natura qua est deus. Vt enim ait

Io. damas.

ioh. dama. Incōuerse et inaltersbilit vnite sunt adinuicem nature. neqz diuina distante a pzopzia simplicitate neqz humana. aut conuersa in deitatis naturam aut in nō existentiā diuisa neqz ex duabus vna facta cōposita natura. Cōposita enim natura neutri earum ex q̃bus cōponitur naturis / homo vsia. i. con substantialis esse potest ex alteris perficiens alterum. vt corpus ex. iiij. elementis compositum. nec ignis nominaf. nec aer. nec terra. nec aqua. nec horum alicui homousion dicitur. Si ergo secundum hereticos christus vnius composite nature post vnionem extitit ex simplici natura cōuersus est i cōpositam. et neqz patri simplicis nature existenti. neqz matri est homousios / z neqz deus. neqz homo denominabitur sz christus solum'. et erit hoc nomen scz christus non persone ipsius natura sed vnius secundum ipsos compesite nature. Nos autem xp̄m non vnius composite nature dogmatizamus et hoc nom̄ scz cristus persone dicimus. non monotropos. i. vno modo dictum. sed duaz naturam esse significatiuum scz deitatis et humanitatis. Ex deitate autem et humanitate deum perfectum z hominem perfectum eundem esse et dici / ex duabus et in duabus naturis consistemur. Sic ergo dicitur aliud esse filius dei. aliud filius hominis. quia alterius est substantie vel nature inquantum est filius dei. alterius inquantum est filius hominis. non q̃ ipse filius dei et hominis sint duo illa diuersa. i. duo diuerse nature.

Autozitate cōfirmat determinationem.

Apte enim Hil.

in nono li. de trini. ita ait cū non aliud sit filius hominis. neqz aliud filius dei ꝟbum enim caro factū est et cum ille q̃ filius dei est ipe et hoīs sit filius reqro q̃s in hoc filio hominis glozificatus sit

Euidenter dicit non aliud esse filium dei. et aliud filium hominis. Ex quo premissa roboratur et approbatur determinatio.

Alia etiam verba autoritatis adnotat vt determinet.

Quod etiam dictum est vtrumq; xp̃s est / et vna persona mouere potest lectorem sicut ⁊ illud quod aug̃. dicit in. j. li. de tri. Quia forma dei formã serui accepit / vtrũq; deus vtrũq; homo. Sed vtrũq; deus. ꝓpter accipientem deum. et vtrũq; homo. ꝓpter acceptum hominem. Et illud quod idem ait in libro de bono perseuerantie. Qui fidelis est / in eo veras naturam humanam credit susciptente deo verbo ita sublimatas / vt qui suscepit / et quod suscepit vna esset in trinitate persona. assumptione illa ineffabiliter faciente psone vnius in deo ⁊ homine veritatem. Si autem qui suscepit. ⁊ qd̃ suscepit vna est persona. ergo natura humana cum verbo vna est persona. Sed hec omnia ex tali sensu dicta fore tradũt. vt vtrunq; dicatur esse xp̃s ⁊ vna persona / quia in vtroq; vn' xp̃s et vna persona subsistit. Ita etias susceptũ cum suscipiente dicitur vna p̃sona / quia susceptus sucipienti ẽ sociatum in vnitate psone. et ita q̃ vnitas persone permansit / non ita vt ⁊ caro et anima sint vnus deus. quia vt ait hieronimus vbum est deus non caro assumpta. Et ambrosius in li. iij. de spiritusãcto ait. Aliud est quod assumpsit / et aliud quod assumptum est.

Et hic auctor vtit vt confirmet determinationem.

Hic quandam ponit autoritatem que multus videtur huic sententie opposita.

Est autem ⁊ aliꝰ quod huic sententie plurimus videtur obuiare. Ait em̃ augustinus in li. p̃mo contra maximinum. Cristus vna persona est gemine substantie. q̃ et deus est et homo est. nec tamen deus vel homo pars huius substantie dici potest. Alioquin filius dei deus. anteq̃ susciperet formam serui non erat totus. et creuit cum homo diuinitati eius accessit. Ecce deum dicit non esse partes illius persone. Unde videtur illa persona non constare ex deo et homine. Ad quod etiam illi dicunt illam personam non ita constare ex deo ⁊ homine. quasi totum ex partibus. Ita enim partes alicuius totius conueniunt / vt ex illis quod non erat constituatur. Non autem sit humana et diuina natura in cristo vniuntur. Inexplicabilis enim est istius vnionis que non est partium ratio. Quidas tamen nomine dei ibi personam significari putant. quia de tribus agebat personis. quarum nullam trinitatis partem esse dicebat. sicut ꝑs istius persone non est deus. Quod si de persona intelligatur manifestum est. quia persona nõ est pars persone. Posita est diligenter sententia secunda et eius explanatio. cui in nullo vel in modicolo obuiant autoritates in tercia sententia inducte que iam considerande est.

Rñsio eorum cũ determinatione.

Tercia sententia que sit premissarus propositõnũ intelligentia.

In hac ergo sententia. sic dicitur deus factus homo. quia hominẽ accepit. sic dicitur esse homo. quia hominem habet. vel quia est habens hominẽ. et homo factus deus. quia assumptus est a deo. et homo esse deus. quia habens hominem est deus Cum ergo dicit deus est homo. vel habitus predicat vel persona sed humanata. et q̃ persona humanata predicetur cassiodorus oñdere videtur dicẽs.

factus est vt ita dixerim humanat' deus q̃ etiam in assumptione carnis. deus esse non destitit. Quod tñ varie accipi potest. vt dicatur deus factus humanatus. vel xp̃s factus deus humanatus. vtrũq; em̃ sane dici potest. Cũ ergo dicit factus est deus homo / multiplex secundũ istos fit intelligentia. vt naturã humanam accepisse / vel humanatũ verbum esse incepisse intelligatur. Nec tamen si incepit esse humanatum verbuz ideo sequitur q̃ inceperit esse verbum nec si deus factus est humanatuz verbũ sequitur q̃ factus sit verbum sicut de aliquo dicitur. Hodie iste cepit esse bonus homo vel factus est bonus homo. nec tamen hodie cepit esse homo vel factus est homo.

Quo sensu secundum istos dicitur predestinatus cristus.

Secunduz istos

dicit xp̃s secunduz q̃ homo p̃destinat' esse filius dei quia est p̃destinatũ a deo ab eterno z in tempoze collatum est. ei per gratiam vt ipse ens homo sit filius dei. hoc em̃ non semper habuit ꝗ in tẽpoze per gratiam accepit. Quod videt aug̃. notasse in li. ad prosperũ z bil. dicens. Predestinatus est ihesus vt qui futurus erat secundũ carnem filius dauid / esset in virtute filius dei. Hꝫ etiam cũ dicitur xp̃s minoz patre secũdũ q̃ homo secundum habitum hoc intelligunt dictum. i. inquantũ habet sibi hominem vnitum. Unde aug̃. in primo libro de tri. Deus filius deo patri natura est equalis. habitu minoz. In forma em̃ serui minoz est patre. In forma di equalis est patri. et quia secundum habitum accipienda est incarnationis ratio / ideo deum humanatũ non hominẽ deificatum dici tradunt. Unde ioban. dama. Non hominem deificatum dicimus. sed deum hominem factum.

Aug̃.
Aucte confirmat expositione.

Aug̃.

Io. damas.

Q̃ non debet dici hõ dñicus.

Et licet dicatur

homo deus non tamen cõgrue dicitur homo dominicus. Unde aug̃. in li. retractationum. Non video vtruz recte dicatoz homo dominicus. qui est mediatoz dei et hominum xp̃s ihesus / cũ sit vtiq; dominus. et hoc quidẽ vt dicerem apud quosdam legi catholicos tractatozes Sed vbicunq; hoc dixi. dixisse me nollem. Postea quippe vidi. non esse dicendũ quamuis nonnulla posset idem ratione defendi. Secunduz istos etiam dicitur persona filij. in duabus z ex duabus existere naturis secundum adherentiam vel inherentiam. Altera enim inheret ei altera inest.

Aug̃.

Q̃ predicta non sufficiunt ad cognoscendã hanc questionẽ.

Satis diligẽter

iuxta diuersoz sententiam supza positam absq; assertione z p̃iuditio tractamus questionem. Verũtamen nolo in tanta re. tanq; ad cognoscendum difficili putare lectozem. istam sibi nostraz debere sufficere disputationem. sed legat et alia forte melius p̃siderata atq; tractata / et ea que hic mouere possunt vigilantioze atq; intelligentioze si potest mente discutiat. hoc firmiter tenẽs q̃ deus hominez assumpsit. homo in deum transiuit / non nature visibilitate. sed dei dignatione. vt nec deus mutaretur in humanam substantiam assumẽdo hominem. nec homo in diuinam glorificans esse in deum / qz mutatio vel visibilitas nature diminutionem et abolitionem substantie facit.

In ecclesiasticis dogmatibus.

An diuina natura debeat dici nata de virgine.

Post p̃dicta

inquiri debet. vtrum de natura diuina concedendum sit / q̃ de virgine sit nata. siẽ

OI. VIII

dicitur in virgine incarnata. Et videt vtiqz non debere dici nata de virgine. cũ non sit nata de patre. Que eñ res ñ est de patre genita. non dicitur de matre nata. nec res aliqua filiationis nomẽ habeat in hũanitate / que illud non teneat in diuinitate Videt tamen posse probari. q̃ sit nata de v̄gine. quia si hoc est nasci deum de virgine scz hominez assumere in vtero virginis. cũ natura diuina. supius dicta sit hominem assumpsisse. videt debere dici nata De hoc autem aug. in li. de fide ad petrũ. sic ait. Aug. Natura eterna atqz diuina non posset tpaliter ꝓcipi et nasci ex natura humana. nisi secundũ susceptionem veritatis humane veram tpaliter cõceptionem z natiuitatẽ ineffabilis in se diuinitas accepisset. Hic est deus eternꝰ veraciter scõm tempus. et cõceptus et natus ex virgine Ista autoritate videt insinuari q̃ natura diuina sit nata z cõcepta de v̄gine. Sed si diligenter notẽtur v̄ba potius de persona agi intelligit que sine dubitatione et de patre et de matre nata esse dici debet.

De gemina cristi natiuitate. quibus natus est.

Queri etiã solet vtrum debeat dici cristus bis genitus vt dicitur dei et hominis filius. Ad qõ dici potest xp̃m bis natum esse. duasqz natiuitates habuisse. Unde aug. in li. de fide ad petruz. Aug. Pater deus de sua natura genuit filium deũ sibi coequalẽ et coeternuz. Idem quoqz vnigenitus deus / secundo natꝰ est. ex patre semel ex matre semel Natus est eñ de patre dei verbũ. Natus est de matre verbuz caro factũ. vnus ergo atqz idẽ dei filius natus ẽ ante secula / z natus in seculo. et vtraqz natiuitas vniꝰ est filij dei diuina scz et humana. De hoc etiam iohannes damascenꝰ ait. Io. damas. duas ergo xp̃i natiuitates veneramur. vnaz ex parte ante secula / que est sup causam z rationem. et tempus et naturam / et vnam que in vltimis. propter nos. et secundum nos et super nos. ꝓpter nos quia propter nostram salutem. Secundum nos / qz natus est homo ex muliere. et tempore ꝓceptionis. scz nouem mensiũ Super nos quia non ex semine. sed ex sanctospiritu et sancta virgine supra legem cõceptionis. Ex his manifeste apparet cristi duas esse natiuitates / eundemqz bis natum fore.

De adoratione hũanitatis cristi / an eadem sit adoratio humanitati z deitati exhibenda

Preterea ĩ DI. IX uestigari oportet / vtrũ caro xp̃i et anima vna eademqz cum verbo debeat adoratione adorari illa scz que latria dicit. Si eñ anime vel carni cristi exhibetur latria que intelligitur seruitus siue cultus soli creatori debitus. cũ anima cristi vel caro creatura tantum sit / creature exhibetur quod soli creatori debet quod facienti in idolatriam deputat. Ideo quibusdaz videtur non illa adoratione que latria est carnem christi vl̃ animam christi est adorandam. sed illa q̃ est dulia. cuius duas species vel modos esse dicunt Est enim cuiusdam modi dulia que creature cuilibet exhiberi potest et est quedam soli humanitati cristi est exhibenda. non alij creature. quia cristi humanitas super omnez creaturam est veneranda et diligẽda. Nõ tamen a deo / vt cultus diuinitati debitus ei exhibeatur. qui cultus in dilectõne et sacrificij exhibitione atqz reuerẽtia consistit. qui latine dicitur pietas / grece autem theosebia. i. dei cultus / vel eusebia. i. bonus cultus.

Quidã dicũt nõ illa adoratione adorandum esse.

De speciebus dulie.

Aliorum sententia qua vnam adorationem vtriqz exhibendam tradunt.

Illis autem placet christi humanitatem. vna adoratione cũ verbo esse adorandã nõ ppter se sed ppter illũ cuius scabellũ ẽ cui ẽ vnita. Neq; ipsa humanitas sola vel nuda sed cum verbo cui est vnita. nec ppter se sed propter illum cui est vnita ẽ adoranda. Nec qui hoc facit idolatrie reꝰ iudicari potest. quia nec soli creature nec propter ipsam sed creatori cũ humanitate et in humanitate sua seruit. De hoc Johannes ita ait. Due sũt nature cristi ratione et modo differentie Unite vero secundũ ypostasim. Unꝰ ergo cristus est deus perfectus. et homo pfectus quem adorãmus cũ patre et spiritu vna adoratione cum inconta minata carne eius. Non inadorabilẽ carnem dicentes. adoratur eñ in vna verbi ypostasi. que ypostasis generata est. Non creature venerationem pbentes Non ergo vt nudã carnẽ adoramꝰ sed vt vnitatem deitati in vnam ypostasim dei verbi duabus reductis naturis. Timeo carbonem tangere ppter ligno copulatum ignẽ. Adoro cristi ꝑsonam simul vtrãq; naturam. propter carni vnitam deitatem. Non enim quartam appono personam in trinitate. sed vnam personam confiteor verbi et carnis eius Hijs verbis insinuari videtur cristi humanitatem vna adoratione cũ verbo esse adorandam. De hoc etiam aug. ait ex sermone domini vbi dicit. non turbetur cor vestrum ita dicit. Dicunt heretici filium non natura esse deum sed creatum. Quibus respondendum est. qui si filius non est deus natura sed creatura nec colendus ast omnino. nec vt deus adorandus. dicente apostolo. Coluerunt et seruierunt potiꝰ creature q̃ creatori. Sed illi ad hoc replicabunt et dicent. Quid est q̃ carnẽ eius q̃ creaturaꝫ. esse non negas simul cum diuinitate adoras. et ei non minꝰ q̃ diuinitati deseruis. Ego dominicaꝫ carnem immo perfectam in cristo humanitatem ideo adoro q̃ a diuinitate suscepta. et deitate vnita est. vt non aliũ et alium. sed vnum eundemq; deum et hominem. filium dei esse confitear. Denicq; si hominꝫ separeris a deo. illi nũ q̃ credo nec seruio veluti si quis purpuram vel diadame regale iacens inueniat. nunquid ea conabitur adorare. Cũ vero ea rex fuerit indutus periculum mortis incurrit. si ea cum rege adorare quis contemserit. Ita in cristo domino humanitatem non solãm vel nudam. sed diuinitatem vnitam. sicꝫ vnuꝫ filium deum verum et hominem verũ. si quis adorare ꝓtemserit. eternaliter morietur. Idem super psalmũ. lxxx octauum vbi dicitur adorate scabellũ pedum eius qm̃ sanctum est. Sciendum quia in cristo terra est. i. caro que sine impietate adoratur Suscepit enim de terra terram. quia caro de terra est et de carne marie carnꝫ accepit hoc sine impietate a verbo dei assumpta adoratur a nobis. quia nemo carnꝫ eius mãducat nisi prius adoret. sed qui adorat non terram intuetur sed illum potius cuius scabellum est ppter quẽ adorat Hijs autoritatibus premisse inuestigationis absolutio explicatur.

An cristus secundũ q̃ homo est sit persona vel aliquid.

DI. X.

Argumẽtatõ de vtraq; pte questionis.

Solet etiã a quibusdam inquiri. vtruꝫ cristus secundũ q̃ homo sit persona vl etiam sit aliquid. Ex vtraq; parte huius questionis argumenta concurrunt. Q̃ enim persona sit. his disserunt ratõnibus. Si secundum q̃ homo aliquid ẽ vel persona. vel substantia. vel aliud ẽ Sed aliud non. ergo persona vel substantia. Si substantia est vel rationalis vel irrationalis. sed non est irrationalis substantia. ergo rationalis. Si vero secundum q̃ hõ est rationalis substantia. ergo persona. quia hec est diffinitio persone substantia rationalis in

diuidue nature. Si ergo secundum q̃ homo est aliquid. et secundum q̃ homo persona ē Sed econuerso. si secundū q̃ homo persona est. vel tercia in trinitate. vel alia. sed alia non. ergo tercia in trinitate persona. At si secundum q̃ homo. psona est tercia in trinitate. ergo deus. Propter hec inconuenientia et alia quidam dicunt xp̃m secundum hominem. non esse personam. nec aliquid. nisi forte secundum sit expressiuum vnitatis persone. Secundum em̄ multiplicem habet rationem. Aliquādo enim exprimit ꝓditionem. vel proprietatem diuine nature vel humane. aliquando vnitatem persone. aliquando notat habitum. aliquando causam cuius distinctionis rationez diligenter lector animaduertat / atq̃ in sinu memorie recondat. ne eius ꝓfundantur sēsus cum de cristo sermo occurrerit.

Et si cristus secōm q̃ homo dicatur substantia rationalis nō inde tamen sequitur q̃ persona sit secundum q̃ homo.

Illud tamē non sequit qd̄ in argumentatōne superiori inductum est. Q̃ si cristus secundum q̃ homo. est substantia rationalis. ergo p̃ sona. Nam et modo anima cristi ē substantia rationalis. non tamen persona. quia non est p̃ se sonans. immo alij rei coniuncta. Illa tamē persone de scriptio / non est data pro illis tribus psonis

Alia probatio q̃ crist' sit persona.

Sed adhuc alij nituntur ꝓbare / xp̃m secundum hominem esse personam. quia cristus secundum q̃ homo predestinat' est. vt sit dei filius. Sed illud est / quod vt sit predestinatus est. ergo si predestinatus est secundum q̃ homo vt sit filius dei / et secundum q̃ homo est filius dei. Ad qd̄ dici potest cristum esse id / quod vt sit p̃ destinatus est Est em predestinatus vt sit filius dei. et ipse vere est filius dei. sed secundum hominem predestinatus est vt sit filius dei / quia per gratiam habet hoc secundum hominem. nec tamē secundum hominem est filius dei. nisi forte secundum vnitatis persone sit expressiuum vt sit sensus. Ipse qui ē homo est dei filius. vt autem ipse ens homo sit dei filius / per gratiam habet. sz si causa notetur / falsum est. Non enim quo homo est / eo dei filius est.

An cristus sit adoptiuus filius secundum q̃ homo vel alio modo.

Si vero queritur an cristus sit adoptiuus filius secundū q̃ homo / siue alio modo. respōdemus cristum non esse adoptiuum filium aliquo modo. sed tantum naturalem. q̃a natura filius dei est nō adoptionis gratia. Non autem sic dicitur filius natura vt dicitur deus natura. Non enim eo filius est. quo deus est. quia natiuitate diuinitatis filius est. ꝛ cum dicitur natura vel nature filius. quia naturaliter est filius eandem scz habens naturam / quam ille qui genuit. Adoptiuus autem filius non est. quia prius non fuit / et postmodum adoptatus est in filium / sicut nos dicimur adoptiui filij. Quia cum nati filij fuerimus ire filij / per gratiaz facti sumus filij dei. cristus vero nunq̃z fuit nō filius dei et ideo non est adoptiuus filius.

Quare nō sit adoptiuus filius?

Opinio q̃ sit adoptiuus filius.

Sz ad hoc opponitur sic / cristus filius hominis est. i. v̄ ginis aut gratia / aut natura vel vtroq̃z modo. Si vero natura aut diuina aut humana. ꝑ diuina non ergo aut hūana

natura. aut non natura est filius hominis. Si non natura / ergo gratia tantũ et si etiam natura humana / nõ ideo minus per gratiam. Si ergo gratia filius hominis est / adoptiuus filius esse videtur. vt idem sit naturalis filius patris et adoptiuus filius virginis Ad quod dici potest. xpm filium virginis esse ⁊ natura vel naturaliter ⁊ gratia. nec tamen adoptiuus filius virginis est. quia non per adoptionem. sed per vnionem filius virginis esse dicitur. filius enim virginis dicitur. eo q̃ in virgine hominem accepit in vnitatez persone. ⁊ hoc fuit gratie et non nature. Unde aug̃. super ioha. ait. Q̃ vnigenitus est equalis patri. nõ est gratie. sed nature. Q̃ autem in vnitatem psone vnigeniti assumptus est homo gratie est. non natu re. Cristus ergo. nec dei nec hominis ẽ adoptiuus filius. sed dei naturaliter ⁊ hominis naturaliter. et gratia filius. Q̃ vero naturaliter sit hominis filius. augustinus ostendit in libro de fide ad petrum. Ille scz deus factus est naturaliter hominis filius. qui est naturaliter filius vnigenitus dei patris. Q̃ autem non sit adoptiuus filius. et tamen gratia sit filius ex subditis probat testimonijs. Hieronimus sup epistolam ad ephesios ait. De xpo ihesu scriptũ est. quia semper cum patre fuit. et nũq̃ eum vt esset. voluntas peterna precessit. et ille quidem natura filius est. nos vero adoptione. Ille nunq̃ non fuit filius. nos anteq̃ essemus predestinati sumus / et tunc spiritum adoptionis accepimus quando credidim⁹ filiũ dei Hilarius quoq̃ in libro tercio de trinitate ait. Dominus dicens clarifica filium tuum. non solo nomine ꝓtestatus est se esse filium dei / sed etiam ꝓprietate. Nos sumus filij dei sed non talis hic filius. Hic enim verus et proprius es filius origine. non adoptione. veritate non nuncupatione. natiuitate. nõ creatione. Augustinus etiam sup iob. ait. Nos sumus filij gratia non natura. vnigenitus autem natura / nõ gratia. an hoc etiam in ipso filio ad hominem referendum est. Ita sane ambro. quoq̃ in primo libro de trinitate ait. Cristus filius est non per adoptionem sed per naturam per adoptionem nos filij dicimur. ille per veritatem nature est. Ex his euidenter ostenditur q̃ cristus non sit filius gratia adoptionis. Illa enim gratia intelligitur. cum augustinus eum non esse gratia filium asserit. gratia enim sed non adoptionis immo vnionis. filius dei est filius hominis et econuerso.

Rũsio.

Aug̃ sup Io

Aug̃. de fide ad petrum.

Hiero⁹ super eplaz ad Eph

Hylarius.

Aug̃ sup Io.

Ambrosius.

Utrum persona vel natura predestinata sit.

Deinde si queritur vtrum predestinatio illa quam cõmemorat apostolus sit de persona an ꝑ natura. sane dici potest ⁊ personam filij que semper fuit esse predestinatam secundum hominem assumptum. vt ipsa scz ens homo esset dei filius et naturam humanam esse predestinatam vt verbo patris personaliter vniretur.

Utrum cristus sit creatura siue creatus vel factus.

DI. XI.

Solet etiã queri. vtrum debeat simpliciter dici atq̃ ꝓcedi xpm esse factum. vel creatum. vel creaturam. Ad quod dici potest. hoc simpliciter et absq̃ determinatione minus congruenter dici. Et si quandoq̃ breuitatis causa simpliciter denuncietur / nunq̃ tamen simpliciter debet intelligi. quia vt augustinus in primo libro de trinitate ait. Cũ de cristo loquimur quidem secundum quid et propter quid prudẽs et diligẽs ac pius lector intelligere debz. Qui cristum vel dei filium non esse factum vel creaturã. in primo libro de trinitate ostendit ita inquiens. In principio erat

Aug̃.

verbum. et verbum caro factum est. et omnia p ipsum facta sunt. Neqz omnia dicunt nisi que facta sunt. z omnē creaturam. Unde liquide apparet ipsum factum non esse. per quem omnia facta sunt. et si factus non est creatura non ē Si autem creatura non est eiusdem cū patre substantie est. Omnis enim substantia que deus non est. creatura est. et que creatura non est. deus est. Sed si filius non est eiusdem sube cui' pater ergo facta suba est. z si facta suba ē. nō oia per ipsum facta sunt. At omnia per ipsum facta sunt. facta ergo substantia non est. sed vna cum patre ifecta substātia est. Item in eodem. Si filium fecit pater quē non fecit ipse filius. non omnia per filium facta sunt. At omnia per filium facta sunt. Ipse ergo factus nō est vt cum patre faceret omnia que facta sunt. Idem in li. lxxxiiij. questionū Dicitur creatura quidquid fecit pater deus per filium. qui nō potest appellari creatura. quoniam per ipsum facta sunt omnia. Ambrosius in pri. li. de f. Probemus inquit creaturam non esse dei filium. Audiuimus enim ī euangelio dominum mādasse discipulis Pre dicate euangelium vniuerse creature. Qui vniuersam creaturā dicit nullā excipit. z vbi sunt qui creaturam christū appellant. Nam si creatura esset. sibi mandarz euangelium predicari. z subiectus esset vanitati. qz testante apostolo Omnis creatura vanitati subiecta ē non ergo cristus creatura est. sed creator qui docēde creature discipulis mādat officium

Amb.

De perfidia et pena arrij.

Arrij hec fuisse

perfidia legitur vt christum creaturam fatereť. Ideo effusa sunt arrij viscera atqz crepuit medius prostratus in faciem. ea quibus cristum negauerat. feda ora pollutus. His alijsqz pluribus testimonijs instruimur nō debere fateri simpliciter cristū esse factum vel creaturaz sz addita determinatione recte dici potest. vt si dicatur factus secundum carnem vel secundum hominem. vt factura humanitati. non deo attribuatur. Ut em̄ ait ambro. in. j. libro de trinitate Non deus factus est. sed deus dei filius natus est. Postea vero secundū carnez. hō fact' ex maria ē. Adisit em̄ deus filium suum factum ex muliere. factum sub lege. Filium inquit suum. scz non vnum de multis cum dicunt suum generationis eterne ꝓprietatem signauit. Postea factum ex muliere asseruit vt factura non diuinitati. sed assumptioni corporis ascriberetur. Factum ergo ex muliere dicit ꝓpť carnis susceptionem. Sub lege propter obseruantiā legis generatio generationi non preiudicat. nec caro diuinitati. Deus enim eternus incarnationis sacramentuz suscepit. non diuiduus ꝗ vnus. et in vtroqz vnus scz diuinitate et corpore. Nō em̄ alter ex patre. alter ex virgine. sz idem. aliter ex patre aliter ex virgine qui factus est secundum nostre susceptionem nature. non secundū eterne substantiam vite. quem legimus ꝑmogenitum et vnigenitum. Primogenitum. quia nemo ante ipsum. vnigenituz. qz nemo post ipsum. Ex hijs euidēter traditur qua intelligentia accipiendum sit cum dicitur. xps factus vel simpliciter vel cum additamento vt factura scilicz vel creatura non assumentem deum. ꝗ assumptum hominem referať. In deo em̄ creatura esse non potest vt ambro. ait in. j. libro de trinitate. Nunquid dico factus est cristus. Nunquid mandato creatus est xps. Quomodo autez creatura esse in deo potest Et em̄ deus nature simplicis est non coniuncte atqz composite cui nichil accidat. sed soluz quod diuinuz est in natura habeat sua Et si ergo cristus secundum hominem dicitur creatura. nō tamen simpliciter predicandus est natura. Nec ex eo qd cristus secundum hominem dicitur esse creatura. pōt quis progredi sic argu-

Ambrosius.

Amb.

mentando. Si secundum q̃ homo xp̃s est creatura. vel rationalis vel non. vl̃ que est deus. vel nõ. nitens per hoc p̃bare cristum esse aliquid non diuinum quia quod ipse est sc̃m hominem ipse est. Et ideo si sc̃m hominez est aliqua substantia non diuina. est vtiq̃z aliquid non diuinum. Sed ex tropicis locutionibus non est recta argumentationis p̃cessio. Illa autem locutio tropica est qua cristus dicitur creatura vel simpliciter vel cum adiunctione.

An homo ille semper fuerit vl̃ ceperit esse.

Di. XII

Post predicta queritur. vtrum homo ille ceperit esse. vel semper fuerit. sicut simpliciter enũciamus christum vel dei filium semper fuisse nec cepisse. De hoc

Aug̃ sup Io

augustinus ita inquit super iohannem Habuit aliquando dei filius quod nõdum habuit idem ipse homo dei filius quia nondum erat homo. Item idem in eodem. Priusq̃z mundus esset. nec nos eramus. nec ipse mediator dei et hominum homo cristus ihesus. Idem

Aug̃ sup psal̃

super psalmum. cristus noster. et si forte homo recens est. tamen est eternus deus. Alibi vero legit̃/q̃ puer ille creauit stellas. et xp̃s dicit se esse principium et esse ante abraham. Vis ergo alij̃sq̃z autoritatib̃ in nullo resultãtes dicimus hominem illum inquantuz homo est cepisse. inquantum verbum est semper fuisse. Vic enim absq̃z distinctõne non est referenda responsio. Nam ꝛ ipse augustinus huiusmodi vtit̃ distinctione in pluribus locis dicens per cristum omnia esse facta inquantum verbum est. Secunduz illud vero q̃ homo est. ipsum esse factum et glorificatum. Si ergo ad personam respicias confidenter dic hominem illum semper fuisse. Si vero ad naturam hominis. concede eum cepisse.

Si deus alium hominem assumere potuit vel aliunde q̃z de genere ade.

Volet etiaz queri vtrum alium hominem/ vel aliunde q̃z de genere illius adam deus assumere potuerit. Ad quod sane dici potest ipsum aliam animam et aliam carnem potuisse assumere. quia gratia tantum assumpta est anima illa/ et caro a verbo dei. Ut enim ait augustinus. In rebus per tempus ortis illa summa gratia est/ q̃ homo in vnitate persone cõiunctus est deo. Potuit ergo deus aliam animam/ et aliam carnem sumere. et carnem vtiq̃z aliunde q̃z de genere adaz. Unde augustinus in libro tredecimo de trinitate. Potuit itaq̃z deus hominem aliunde suscipere/ in quo esset mediator dei et hominum. non de genere illius adam/ qui peccato suo obligauit genus humanum./ sicut ipsum quem primo creauit/ non de genere alicuius creauit. Poterat ergo vel sic vl̃ alio quo vellet modo creare vnum aliũ de quo vinceretur victor prioris. Sed melius iudicauit. et de ipso quod victũ fuerat genere assumere hominem. per quem hominis vinceret inimicũ/ et tamen ex virgine/ cuius conceptuz spũs non caro fides libido p̃uenit. nec interfuit carnis concupiscentia/ qua ceteri cõcipiuntur qui originale trahunt peccatum. sed credendo non concumbendo facta est fecundata virginitas. Ex his aperte ostenditur/ et alium et aliunde hominem deũ assumere potuisse.

Rñsio.

Aug̃.

Aug̃.

Si homo ille potuit peccare. vel non esse deus.

Ideo nõ immerito queritur. vtrum homo ille potuerit peccare vel non esse deus. Si enim potuit peccare/ et potuit damnari. Si potuit damnari. potuit non esse deus.

ergo si potuit peccare / potuit non esse deus. quia esse deum et posse velle iniquitatem simul esse nequeunt Hic distinctione opus est. vtrum de psona an de natura agitur Si enim de persona agitur manifestum est. quia peccare nõ potuit. nec deus non esse potuit Si vero de natura discutiẽdum est vtrũ agat de eo vt verbo vnita. an de ea tãquam non vnita verbo / et tamen enti. vel de ea secundum q̃ fuit vnita verbo an de ea secundum q̃ esse potuit ⁊ non vnita verbo Non est enim ambiguum animã illam entem vnitam verbo peccare non posse. et est sine ambiguitate verum eãdem si esset ⁊ non vnita verbo posse peccare.

Quorundam opinio q̃ potuerit etiam vnita deo peccare.

Quidam tamẽ probare conantur etiam eam vnitam verbo posse pectare quia liberum arbitriũ habet ⁊ ita potest flecti in vtramq̃ partem. qd̃ friuolum est. cuz ⁊ ãgeli liberũ arbitrium habeãt. ⁊ tamẽ gratia a deo sunt confirmati vt peccare nequeant. Quantomagis ergo ille homo cui spiritus est datus sine mensura. Inducunt quoq̃ autoritatem ad probandum idẽ Scriptum est enim in libro sapientie. Qui potuit transgredi et non est transgressus. facere malum et non fecit. Ex hoc accipiendum ẽ secundum membra vel partim de capite. partim de membris De capite non est transgressus et non fecit malum. De membris potuit transgredi et facere malum.

Nãcte videt ad idem.

Si deus potuerit assumere hominem. in sexu muliebri.

Bolz etiam queri. quamuis curiose a nonnullis / si deus humanam naturam potuit assumere secundum muliebrem sexum. Quidam arbitrãtur eum potuisse assumere hominem in femineo sexu / vt assumpsit ĩ virili. Sed oportunius atq̃ cõuenientius factum est. vt de femina nasceret et virum assumeret. vt ita vtriusq̃ sexus liberatio ostenderetur. Unde aug̃. in libro. lxxxiiij. questionum. hominis liberatio in vtroq̃ sexu debuit apparere. ergo quia virum oportebat suscipere. qui sexus honorabilior est. psequẽs erat et feminei sexus liberatio hinc apparet / quia ille vir de femina natus ẽ. Sapientia ergo dei que dicitur vnigenitus filius homine suscepto in vtero ⁊ de vtero virginis liberationem hominis indicauit.

Aug̃.

Si cristus secundum naturã hominis in sapientia ⁊ gratia proficere potuit vel profecit.

Preterea sciendum est. christuz secundum hominem / ab ipsa pceptione gratie plenitudinem recepisse. cui spiritꝰ datus est non ad mensurã et in quo plenitudo diuinitatis corporaliter habitat. Ita vero habitat vt ait augustinus ad dardanum. q̃ omni gratia plenus ẽ Non ita habitat in sanctis vt et nostro corpore inest sensus singulis membris. sed non quantum in capite. Ibi enim et visus est. et auditus. et olfactus. et iustus. et tactus. In ceteris autem solus est tactus. Ita et in cristo habitat omnis plenitudo diuinitatis quia ille est caput in quo sunt omnes sensus. in sanctis vero quasi solus tactus est. quibus datus est spiritus / ad mensuraz cũ de illius plenitudine acceperunt. Acceperunt autem de illius plenitudine ñ secundum essentiam sed secunduz similitudinem / quia nunq̃ illam eandẽ essentialiter / sed similem acceperunt gratiam. Puer ergo ille plenus sapientia et gratia fuit ab ipsa conceptione. Ñ hieremias recte dicit. Nouum faciat

Oi. XIII

Nũo dicitur plenitudie diuinitatis habitare in xpo

Nũo ĩtelligatur de plenitudine eius accepimus.

dominus super terram mulier circum dabit virum / quia in vtero virginis p fectus vir extitit. non solum propter a nimam et carnem. sed etiaz propter sa pientiam et gratiam qua plenus erat.

Autozitatem ponit que videt obuiare.

Huic autem sen

tentie videtur obuiare. quod in luce e uangelio legitur. Ihesus pficiebat sa pientia et etate z gratia apud deum z homines. si enim proficiebat sapientia et gratia / non videtur a cõceptione ha buisse plenitudinem gratie sine mensu / ra. Ad quod sane dici potest ipm scõz hominem tantam a conceptione acce / pisse sapientie et gratie plenitudinem vt deus ei plenius conferre non potu / erit / et tamen vere dicitur pfecisse sa / pientia et gratia. non quidem in se. sz in alijs qui de eius sapientia et gratia pficiebant. dum eis sapientie z gratie munera secundum processuz etatis ma gis ac magis patefaciebat. Unde greg in quadaz omelia ait. Juxta hominis naturam pficiebat sapientia. non q ip se sapientior esset ex tempore. qui a p̃ / ma cõceptionis hora spiritu sapientie plenus permanebat. sed eandẽ qua ple nus erat sapientiam ceteris ex tempo re paulatim demonstrabat. Juxta ho / minis naturam proficiebat etate / de infantia ad iuuentutem. Juxta homi / nis naturam proficiebat gratia non ip sum quod nõ habebat per accessum tẽ poris accipiendo. sed pandendo donũ gratie. quod habebat apud deũ et ho mines pficiebat / quia quantũ proficiẽ te etate patefaciebat hominibus dona gratie que sibi inerant / z sapientie do na tantum eos ad laudem dei excita / bat. et sic deo patri ad laudem dei. et hominibus ad salutem proficiebat In alijs ergo non in se proficiebat sapien / tia et gratia. Unde in euangelio. puer ille sapientia plenus z gratia prohibet

Determinatõ auctozitatis.

Gregorius.

Si ergo dicitur profecisse sapientia et gratia. vt aliquis rector ecclesiasticus dicitur pficere in cura sibi tradita. cũ per eius industriam alij proficiunt.

Ipredictis videtur aduersari quod Ambrosius ait.

Alibi tamẽ scrip

tum reperitur q secundum sensum ho minis profecerit sicut etate hominis profecit. Ait enim ambrosius in li / bro tercio de spiritu sancto. sic deus p / fectionem nature suscepit humane. Su scepit sensum hominis. sed non sensu carnis fuit inflatus sensu hominis ani / mam dixit pturbatam. sensu hominis esuriuit et rogauit. sensu hominis pro ficit scriptuz est ihesus proficiebat eta te. et sapientia. et gratia. Quomodo pficiebat sapientia dei. profectus eta / tis. et profectus sapientie / non diuine ꝯ humane est. Ideo etatem commemo / rauit. vt secundum hominem crederes dictum. Etas enim non diuinitatis sed corporis est. ergo si proficiebat etate hominis. proficiebat sapientia homi / nis. Sensus autem profecit. quia sen / sus ideo sapientia qui sensus proficie / bat. si humanus ergo susceptus est ip / se. si diuinus ergo mutabilis per profe ctum. q enim proficit mutatur in meli' sed quod diuinum est non mutatur qõ ergo mutatur nõ est diuinum. Sensus ergo proficiebat humanus Sensum er go suscepit humanum. Nec poterat ꝯ fortari virtus dei. nec crescere deus. nec altitudo sapiẽtie dei impleri. Que ergo implebatur / non erat dei. sed no / stra sapientia. Nam quomodo imple / batur. qui vt omnia impleret descen / dit. Per quem autez sensum dixit isai as / q patrẽ nesciebat puer aut matrẽ Scriptum est enim. priusq̃z sciat puer patrem aut matrẽ accipiet spolia sama ria. Sapientia enim dei futura z occul ta non fallunt. expers autem agnitio / nis infantia. per hũanam vtiq̃z impru /

Ambrosius.

De duob' sen sibus xpi scz gẽmina sapia

dentiam qd adhuc non didicit/ignorat
Sed verendum est inq̃ ne si duos prin
cipales sensus aut geminam sapientiā
christo tribuimus/christum diuidam'
Nunquid cum ⁊ diuinitatē eius et car
nem adoramus christum diuidimus.
Nunquid cum in eo ymaginez dei cru/
cemq̃ veneramur. diuidimus eū. Apo
stolus certe qui de eo dixit quoniam et
si crucifixus est ex infirmitate nostra.
viuit tñ ex virtute dei. ipse dixit qz nō
diuisus est xp̃us. Nunquid etiā cum di
cimus. quia animā rationalem. ⁊ intel
lectus nostri suscepit capacē diuidim'
eum. Non em̄ ipse deus verbū pro ani
ma rationali et intellect' capaci. in car
ne sua fuit. sed animam rationalem et
intellectus capacem et ipsam humanaz
et eiusdem substantie cuius nostre sunt
anime et carnem nostre similem eiusdē
q̃ cuius caro est nostre substantie susci
piens perfectus etiam homo fuit.

De intelligentia premissorum verborum.

Hec vba ambro
sij/pia diligentia inspicienda sunt que
ex parte hominis ignorantiam instru/
unt ⁊ illuminat ex parte. erandi fomi
tem male intellecta ministrant Dis ete
nim euidenter traditur duos in cristo
esse principales sensus siue geminaz sa
pientiam Neq̃ ideo vnitas et singulari
tas persone diuiditur. Sed iuxta du/
as naturas duas habet sapientias/vnā
non creatam sed genitam. que ipse est
alteram non genitam. sed creatam. et
per gratiam ei collatam. nam ysaias d
eo protestatur. Requiescet super eum
spūs sapientie et intellectus ⁊c. Spiri
tus ergo sapientie. i. intellectus. i. sapi
entia et intelligentia per spiritumsan/
ctum gratis data/xp̃s erat sapiens se/
cundum animam secundum deum ve/
ro sapiens erat sapiētia eterna que de
us est. et sicut in quantum deus est/bo
nus est bonitate naturali que ipse est/

De gemmina xpi sapientia genita ⁊ crea ta.

et iustus iusticia naturali que ipse est.
ita sapiens sapientia naturali q̃ ipse ē
Anima vero eius sicut bona est. ⁊ iusta
bonitate vel iusticia gratis data. que
ipse vel ipsa non est/ita est sapiens sa/
pientia gratis data. que ipsa non est. et
licet gemina in cristo sit sapientia. vna
tamen eademq̃ persona est/que inquā
tum deus est. vel inquantum natura di
uina est/sapiens est. sapiens eterna scz
sapientia genita a se ipsa. et sapientia
que non est genita que cōmunis est tri/
bus personis non tamen gemina sapiē/
tia. quia non est alia et alia sapientia.
sapia in genita. q̃ tñ pater ē et sapiētia
que communiter pater est. et filius et
spiritussanctus. Inquantum vero ea/
dem persona est homo. i. secundum ho
minem acceptū. vel inquantum est sub
sistens ex anima et carne/sapiens est sa
pientia gratuita. Sapiens ergo est hu
mano sensu et diuino.

Quō intelligendum sit illud sensus proficiebat humanus.

Sed ex qua cau
sa illius dicti intelligentia scz sensus p
ficiebat humanus. assumenda est. Ap/ Amb.
te enim videtur. Ambrosius innuere
quod secundum humanum sensum xp̃s
pfecerit. et q̃ infantia eius expers cog
nitionis fuerit. et patrem et matrem
ignorauerat. quod nec ecclesia reci/
pit nec premisse autoritates patiuntur
sic intelligi. Sed ita sane potest accipi
vt quantum ad visum hominum et sui
sensus ostensionem/christus profecisse
dicatur. proficiebat ergo humanus sen
sus in eo secundum ostensionem et alio
rum hominum opinionum. Ita etiam
patrem et matrem dicitur ignorasse in
infantia quia ita se habebat et gerebat
ac si agnitionis expers esset.

Si anima cristi habuerit sapientiam parem cū deo. ⁊ si omnia scit que deus.

Di. XIIII.

Hic querí opus est / cũ anima cristi esset sapiens sapiẽtia gratuita. vtrum habuerit sapientiam equalẽ deo. siue omnium rerum scientiam habuerit vel habeat. i. vtrũ omnia sciat que deus scit. Quibusdam placet / q̃ nec patrem cũ deo habeat scientiam / nec omnia sciat que deus. Quia in nullo creatura equatur creatori. Cum ergo anima illa creatura sit / in nullo equatur creatori. ergo nec in sapientia. Non ergo habet eq̃lem cum deo sapientiam nec scit omnia que deus. Item si anima illa equalem habet cum deo sapientiam. nõ ergo deus in omni bono / maiorem habet suffi/cientiam q̃ eius creatura. Inducunt etiam autoritates ad idem probandũ. Ait enim propheta ex persona homi/nis assumpti. Mirabilis facta est sciẽtia tua ex me et nõ potero ad eam. Qd̃ exponens cassiodorus ait Veritas humane ꝓditionis ostendit. quia assumptus homo diuine substantie non potest equari vel in scientia vel in alio. Apostolus etiam ait. Nemo novit que sunt dei / nisi spiritus dei. qui solus scrutatur omnia etiam profunda dei. Pis aliisq̃ pluribus rationibus et autoritatibus nituntur qui animam cristi asserũt nec parem cum deo habere scientiam / nec omnia que deus scit quia si omnia scit que deus. scit ergo creare mundũ scit etiam creare seipsum.

Opinio quorundam rñsiones inducũt.

Responsio questionis diffinitiuam continens sententiam.

Quibus respondentes dicimus aiam cristi per sapientiam gratis datam in verbo dei cui vnita est. q̃ etiam perfecte intelligit oia scire que deus scit. sed nõ omnia posse / que potest deus. nec ita clare et perspicue oia capit vt deus. ⁊ ideo non equatur creatori suo in scientia. ⁊ si omnia sciat que et ipse. nec est eius sapientia equalis sapientie dei / quia si illa multo est dignior. digniusq̃ et perfectius omnia capit q̃ illius anime sapientia. ergo et in scientia maiorem habet suffi/cientiam deus. q̃ anima illa que dignior est omni creatura. Illud vero apostoli quod inducũt nemo novit que dei sunt nisi spiritus dei qui solus scrutat omnia pro nobis facit. Nox eim addidit apostolus. nos autẽ spiritum dei habemus vt per spirituum dei quem habebat ꝓfunda se scire ostenderet. sed anima illa pre omnibus spiritum dei habuit cui spiritus non est datus ad mensuram. vt ait iohã. euangelista. Dona ergo spiritussancti sine mensura habuit ergo et sapientiaz. Omnia ergo sciuit anima illa. Si eim quedam sciuit quedam non / cum non sine mensura scientiam dei habuerit. ꝓ sine mensura sciẽtiam habuerit. sciuit ergo omnia. Fulgentius etiaz in sermone quodam multa inducit quibus asserit animam illaz rerum omnium scientiam habere vtẽs autoritate apostoli dicentis. In quo sunt omnes thesauri sapientie et scientie abscõditi. Quod etiam ratione potest ꝓbari sic Nichil scit aliquis quod eius aia ignorat. Sed xp̃s scõm oim ꝓcessionẽ aia scit ergo oia eius oia scit Ad id vo qd̃ dicũt si oia scit. ergo scit creare mundum vel se ipsum. Respondemus q̃ scientiam habet mundũ creandi. sed non potentiam. et creandi animam et scit quomodo deus seipsum creauit. habet ergo scientiam sui creare. sed non sui creande. quia nõ est creanda sed creata.

Joh. euang.

Fulgentius.

Quare deus non dedit ei potentiam omnium vt scientiã.

Si vero querit quare deus nõ dederit ei potentiam faciendi omnia vt scientiam. responderi potest. quia naturaliter capax est scientie. et ideo id congrue ei datum est sine

mensura. cuius ipsa naturaliter capax est. non est aūt ei datuz posse omnia facere que deus facit ne omnipotēs / ⁊ p hoc deus putaretur. Verūtamen forte nec potentiam faciendi omnia / ei deus prestare potuit et si potentiaz faciendi aliqua / q̄ non facere pot est. Scit ergo anima xpi / omnia que deus scit in vbo dei quod liquidius ⁊ presentius omni creatura ꝓtemplatur vt ei vnita. ī quo etiam angeli / et que dei sunt / et que futura sunt cognoscunt.

Quomō intelligenda sint quedam verba ambrosij sup lucaz

Et si illa anima

non habet tantam potentiam. quantā et deus. nec homo assumptus tantā potentiam quantam ⁊ deus / quomodo ergo intelligitur illud ambrosij super lucam vbi angelus de nascituro filio virginis ait. hic erit magnus. ⁊ filius altissimi vocabit. Non ideo inq̄t erit magnus. q̄ ante partū virginis magnus nō fuerit. ꝗ quia potentiam quā dei filius naturaliter habet homo erat ex tempe accepturus vt vna sit persona. homo ⁊ deus. Ecce aperte dicit. q̄ homo erat accepturus ex tempe potentiā. quam dei filius habuit naturaliter Sed si homo accepturus erat illā potentiā ergo vel psona. vel natura hominis. sed persona non. quia semper habuit et habet ergo natura. Si natura ergo aia. Naz de carne cōstat / qd accipere non posset Ad qd dicimus illud esse accipiendum de persona. sed non inquantum est dei immo inquantum est persona hominis vna est em persona dei et hominis. et filij dei. et filij hominis. que inquantum dei psona est semper et naturaliter omnipotentiā habuit. ꝗ inquantum est hominis non semper fuit Illa ergo persona que semp fuerat dei. futura erat hominis persona. et secundum hoc q̄ futura erat hominis persona acceptura erat extempore potentiam quam naturaliter et semper habuerat / inquantum dei persona. Secundū hanc distinctionem / illud ⁊ similia sane possunt accipi. Que distinctio in pluribus questōnum articulis est necessaria aduersus quorundam perplexam verbositatem. Sed cum de rebus ꝓstat. in verbis frustra habetur ꝓtroversia.

De hois defectibus quos assumpsit crist' i hūana natura

Illud quo

q̄ ptermittendum non ē q̄ dei filius naturaz hominis accepit passibilē animam passibilem. carnem passibilez et mortalem. Ut em probaretur veruz corpus habere / suscepit defectus corporis. famem. sitim et huiusmodi. Et vt veram animaz ꝓbaretur habere suscepit defectus anime. scz tristiciam. timorem dolorem ⁊ huiusmodi. Omnis autem sensus anime est. Non em caro sentit. sed anima vtens corpore velut instrumento. Unde augustinus sup genesim in libro. xij. Non corpus sentit sed anima per corpus quo velut nuntō vtitur / ad ꝓfirmanduz in seipsa / quod extrinsecus nunciatur. Sicut ergo anima que foris est. per corpus tanq̄ per instrumentum videt et audit. ita etiaz per corpus quedam sentit mala que sine corpore non sentiret. vt famem et sitim et huiusmodi. Unde non immerito defectus corporis dicuntur. Quedā autem non per corpus immo etiam sine corpore sentit. vt est timor et huiusmodi. Sentit ergo anima dolores Ex quosdam per instrumentum corporis / quosdam vero non. Suscepit autem christus sicut veram naturam hominis ita et veros defectus hominis. sed non omnes. Assumpsit enim defectus pene sed non culpe. nec tamen omnes defectus pene. sed eos omnes / quos homini eum assumere expediebat ⁊ sue dignitati non derogabat Sicut em ꝓpter

Di. XV

Aug. in li. 8 tri. de homis defectibus q̄s assūpserit cristus in hūana natura.

hominem homo factus est. ita propter eum hois defectus suscepit. Suscepit eñ de nostro / vt de suo nobis tribuere / ret. vt nrm tolleret. Suscepit eñ nostram vetustatē / vt suam nobis infunderet nouitatem. Simplam ille accepit vetustatem. i. pene / vt nostram duplam ꝓsumeret. i. pene et culpe.

Qualiter accipiendum sit illud quod ait leo papa.

Tradit autoritas q̄ dominus noster in se suscepit omnia infirmitatis nostre preter peccatuz qd nisi accipiatur de illis tantum. qui eum sumere pro nobis oportuit nec decuit falsuz esse probabitur. Non eñ assumpsit ignorantiam aliq̄z. cum sit ignorantia quedam que defectus est nec peccatum est. scilicet ignorantia ipsa vincibilis. nam vincibilis peccatum est si tamen de his est. q̄ nobis expedit scire. Sunt eñ quedam quorum scientia nō affert vel ignorantia nō impedit salutē. ⁊ forte taliuz rerum ignorātia defectus non est Constat autem in nobis esse ignorantiam atq̄z difficultatem volendi vel faciendi bonum / que ad miseriam nostraz pertinent. Unde aug. in li. iij. de libero arbitrio Approbare inq̄t falsa ꝑ veris vt erret inuitus ⁊ resistente atq̄z torquēte dolere carnalis vinculi nō posse a libidinosis operibus tēperare / nō est natura instituti hominis. ꝑ pena damnati. Ex qua miseria peccantibus iustissime inflicta liberat dei gratia q̄ sponte homo libero arbitrio cadere potuit / non etiā surgere Ad q̄z miseriam ꝑtinet ignorantia et difficultas quaz patitur oīs homo ab exordio natiuitatis sue / nec ab isto malo quisq̄z nisi gratia dei liberatur. Ecce euidēt dicit hic aug. ignorantiam qua quisq̄z vnitus falsa pro veris approbat / ⁊ difficultatē qua non pōt se temperare a malo ad miseriam nrām pertinere. ⁊ penā esse hominis. hec autē xp̄s non habuit

Aug.

Non ergo accepit omnes defectus nostre infirmitatis preter peccatum.

Q̄ ignorantia talis ⁊ difficultatis non sit peccatum.

Bz forte aliquis dicet illa esse peccatum. cui obuiat illud qd Augustin⁹. tradere videt. hoc scz deum inculpabiliter ante peccatū in exordio cōditionis homini potuisse videre vt essent et naturalia Ita in libro retractationuz inquiens Ignorantia ⁊ difficultas / etiam si essent hois primordia naturalia / nec sic essz culpandus deus sed laudandus esset. Sed si hoc homo in primordio naturaliter habuisset nunq̄d essent in eo defectus et pene Si defectus vel pena ei indita fuissz / ante peccatū iniuste cum eo agi videretur si aliq̄ culpam sentiret penā. Ob hoc sane dicimus illa non fuisse defectus vel penas si naturaliter homini infuissent sic non fuit homini ante peccatum nōdum gratiam adepto defectus siue pena non posse ꝑficere. Sed postq̄z gratiam recepit. per quam ꝑficere potuit et ad tēpus profecit eāq̄z culpa sua post amisit simulq̄z proficiendi facultatez perdidit defectus fuit ei et pena non posse proficere scilicet a malo declinare et bonum facere. Omnes ergo defectus nostros suscepit xp̄s preter peccatum / quos ei conueniebat suscipere. et nobis expediebat Sunt eñ plura egretudinū genera ⁊ corpis vicia / a q̄bus omnino immunis extitit. Quos eñ defectus habuit / vel ad ostensionē vere hūanitatis vt timorē ⁊ tristiciam. vel ad impletionē operis. ad qd venerat vt passibilitatē et mortalitatez. vel ab immortalitatis despatione spem nrām erigendaz vt mortem suscepit. hos autē defectus non conditionis sue necessitate / ꝑ miserationis volūtate suscepit. veros quidem habuit defectus sicut et nos ꝑ non eadē causa. Nos eñ ex peccato originali hos defectus trahimus sicut apo-

Quia sola voluntate hos defectus suscepit nō necessitate ꝓditionis.

stolus insinuat dicens. Corpus q̄dem propter peccatum mortuum est. i. necessitatē moriendi habuit in se Cristus autem non expeccato huiusmodi habuit defectus. quia sine peccato est cōceptus et natus et in terris conuersatus ꝯ ex sola miserationis voluntate/ de nostro in se transtulit veram infirmitatez sicut accepit veram carnem quam sine omni infirmitate assumere potuit sicut absq̄ culpa eandem suscepit.

Autoritatibus ꝓbat cristum secundum hominem vere dolores sensisse ⁊ timuisse cōtra quosdam hoc negantes.

Beoqz nōnulli

de sensu in passione humanitatis cristi male sensisse inueniūtur asserentes similitudinem atq̄ imaginem passionis et dolozis. ꝓ̄ hominem pertulisse. sed nullum omnino dolozem vel passionez sensisse/ autozitatum testimonijs eos ꝓuincentes indubitabile faciamus. quod supza diximus Propheta ysaias dicit Vere lāguozes nostros ipse tulit/ ⁊ dolozes nostros ipse portauit. et veritas ipsa in euangelio ait Tristis est anima mea vsq̄ ad mortem vbi etiam legitur Cepit ihesus pauere ⁊ tedere. ꝓpheta etiam ex ꝑsona xp̄i ait. Repleta ē malis anima mea. Quod exponens aug̅. inquit. Non vicijs et peccatis ꝯ humanis malis. i. dolozibus repleta fuit anima xp̄i quibus ipsa compatitur carni. Non em̄ dolor corporis potest esse sine anima. Dolere autem anima etiam nō dolente corpore potest. Nos autem humane infirmitatis affectus/ sicut ipam carnem ac mortem non conditionis necessitate. sed miserationis volūtate suscepit. Ambro'. etiam in libro. iij. de trinita. sic ait. Scriptum est. Pater si possibile ē transeat a me calix iste. Timet ergo xp̄s. et dum petrus nō timet xp̄s timet. Petrus dixit. Animā meam ponaz pro te Cristus dicit aia mea

Amb.

turbatur. vtrumq̄z verum est et rōnis plenum. qd̄ et ille qui est inferior nō timet. ⁊ ille q̄ superior est/ gerit timētis affectum. Idem in eodem vt homo turbatur. vt homo flet. vt homo crucifigitur ꝑ naturam hominis/ et tediauit et resurrexit. non turbatur eius vtus. nō turbatur eius diuinitas/ ꝯ turbatur anima. secundum humane fragilitatis assumptionē turbatur. Naz qui suscepit animam/ suscepit etiam aie passionem Non em̄ qd̄ deus erat aut turbari aut mozi posset. Idez in eodem. Suscepit tristiciam meam. confidenter tristiciaz nomino qui crucem predico. vt homo habuit tristiciam quā in eo suscepit affectu/ michi cōpatitur. michi tristis est michi dolet. ergo ꝓ me et in me doluit q̄ pro se nichil habuit qd̄ doleret. Doles igitur dñe ihesu. vulnera mea non tua qz tu non ꝓ te sed ꝓ me doles. Ie ronimus quoq̄z in explanatione fidei ait. Nos ita dicimus hominē passibilē a dei filio susceptum vt deitas impassibilis ꝑmaneret. Passus est em̄ filius dei non putatiue. ꝯ vere omnia q̄ scriptura testatur secōm illud quod pati poterat secundū substantiam assumptam licet ergo persona filij susceperit passibilem hominem. ita tamen eius exhibitione. secundum substantiā suaz nil passa est vt tota trinitas quā impassibilem necesse est ꝓfiteri. Ex alijsq̄z autozitatibus perspicuuz fit xp̄m vere passibilez assumpsisse hominē atq̄ in eo defectus et affectus nr̄e infirmitatis suscepisse ꝯ voluntate non necessitatis ꝓditione.

Hic ponit que predictis aduersari videntur.

Quedaz tamen

reperiuntur in sanctorum tractatibus q̄ premissis aduersari videntur. Nam super illum locum psalmi. clamaui ⁊ nō exaudies Aug̅. tradere videt xp̄z nec vere timuisse. nec vere tristatuz esse dicens sic. Quomodo hic dicit qui pecca

Hero

Aug.

tum non fecit nec inventus est dolus in ore eius. sed de nobis corpore suo hoc dicit. Corpus enim sui. i. ecclesie gerebat personam sicut et alibi cum dicit. trãseat a me calix iste. p nobis loquit nisi forte putatur timuisse mori. ꝓ non vere timebat domin' pati/tercia die resurrecturus cum arderet paulus dissolui et esse cum xpo Non em̃ fortior ẽ miles q̃ impator Miles em̃ coronãdus gaudet mori. ⁊ dominus coronaturus timet mortem. sed infirmitatem nr̃am repreſentãs pro suis infirmis qui timẽt mori hoc dixit. vox illorũ erat Iero. etiam ait. erubescãt qui putant saluatorem timuisse mortem et passionis paore dixisse transeat a me calix iste.

Iero' super euangeliũ.

De terminatio autoritatum.

Ne autem in sacris literis aliqua aduersa diuersitas esse putetur harum autoritatũ verba ĩ hunc modũ accipienda dicim'. vt non veritatẽ timoris ⁊ tristicie vel ppassionẽ sed timoris ⁊ tristicie necessitatẽ et passionẽ a xpo remouisse intelligantur Habuit em̃ xps verum timorẽ ⁊ tristiciam in natura hominis. ꝓ non sic̃ nos qui sumus membra ei'. Nos em̃ causa peccati nostri his defectibus necessario subiacemus ⁊ in nobis sũt isti defectus secundum ppassioem ⁊ passionem. sed in xpo non nisi secundum ppassionẽ. sicut enim in peccatis gradus quidẽ notantur/propassio ⁊ passio. ita et in his penalib' affectibus. Afficitur enim q̃s interdum timore vel tristicia ita vt mẽtis intellectus non inde moueatur a rectitudine vel dei ꝓtemplatione. ⁊ tunc ppassio est. aliquando vero mouetur ⁊ turbatur et tunc passio est Cristus vo nõ fuit ita turbat' in anima timore vel tristicia vt a rectitudine vel dei contemplatione aliquatenus declinaret. secũdum quem modum intelligitur/cuz dicitur nõ timuisse vel tristis fuisset Unde Ieronimus super matheum. vbi legit cepit ꝓtristari et mestus esse. vt veritatem inquit ꝓbaret assumpti homis vere ꝓtristatus est. sed non passio eius dominatur animo. veruz ppassio est. Unde ait cepit contristari. aliud est em̃ cõtristari. aliud incipere contristari. Quod est aliter contristatur quis per ppassionem. aliter per passionem. Ideoq̃ secũdũ hanc distinctionem aliq̃ dicitur xps non vere timuisse. aliquando vere timuisse qz verum timorez habuit ⁊ tristiciam. sed non secundum passionem. neq̃ ex necessitate conditionis. Unde aug'. ex his causis volens assumi dictorum intelligentiam dicit cristum nõ vere timuisse vel tristatum esse et in continenti veram tristiciã habuisse. Dis verbis in firmos se presignans domin' ait Pater si fieri potest transeat a me calix iste. Non em̃ vere timebat dñs pati/ tercia die resurrecturus. cũ arderet paulus dissolui/et esse cũ xpo Iste gaudet coronandus. et tristis est dominus coronaturus Ecce hic videtur tristiciã et timorem a xpo remouere Continuo aũt subiunxit. sed tristiciaz sic assumpsit quomodo carnem. Fuit em̃ tristis sicut euangelium dicit. Si em̃ tristis nõ fuit cum euangelium dicat. tristis est anima mea ⁊c. ergo ⁊ quando dicit dormiuit ihesus non dormiuit. vel quando dicit manducasse/nõ manducauit ⁊ ita nichil sanum relinquetur/vt dicat etiam qz corpus nõ erat verum. Quidq̃d ergo de illo scriptum est/vez est. et factum est ergo et tristis fuit. ꝓ voluntate tristiciam suscepit veram/qũo voluntate carnem veraz. Aperte noscis eundem sibi in his verbis contradicere. nisi varias dictorum discerneret causas Ex quibus intelligentia verborum assumenda est. Si em̃ discernatur intelligentie causa predictorum verborum nichil occurrit contradictionis.

De passione ⁊ propassione timoris ⁊ tristicie.

Iero'. super Matheuz.

Aug' sup Io

De quibusdam hylarij capitulis valde obscuris que videntur communi sententie obuiare.

Veruntamen magis mouent ac difficiliozem afferũt questionem vba hylarij. quibus videt tradere. ictus. et vulnera et huiusmodi. sic in xpm incidisse / vt passionis dolorem non incurreret. sic celum tractũ per aquam vel ignez vel aera ea facit q̃ et cum trahit per corpora animata qz perforat et compungit. nõ tamen dolorem ingerit quia nõ sunt ille res. doloris capaces. Ita et corpus xpi sine sensu pene / vim pene excepisse dicit. quia sic corpus nrm non habet talem naturã. vt valeat calcare vndas / ita corpus xpi. dicit nõ habuisse naturã nostri dolozis. qz non habuit naturam ad dolendum. Ait em̃ sic in. x. li. de trini. Unigenitus deus hominem verum. secundum similitudinez nostri hominis. non deficiens a se deo sumpsit. In quo quãuis aut ictus incideret. aut vuln' descẽderet aut nodi cõcurrerent. aut suspẽsio eleuaret. afferrẽt quidẽ hec impetũ passionis. non tamẽ dolozem passionis inferrẽt. vt telez aliquod. aquã pforans vel ignez compungens. vel aera vulnerans. omnes quidem has passiones nature sue infert. vt pforet / vt cõpungat vt vulneret. ꝗ naturaz suam in hoc passio illata nõ retinet. dum in natura non est vel aquã forari. vel pungi ignẽ. vel aera vulnerari / quãuis nature celi sit / z vulnerare et compungere. z forare. Passus q̃dem xps / dum cedit. duz suspendit dum mozit / ꝗ in corpus irruẽs passio / necnon fuit passio. non tñ naturam passionis exercuit duz z penali misterio pena desenit et virtus corpozis sine sensu pene. vim pene in se desenẽtis excepit. Habuit sane illud dñicum corpus / dolozis nostri naturã. si corp' nostrum id nature habet / vt calcet vndas z fluctus desuper eat nec clause domus obstaculis arceat. At vero si dominici corpozis solum ista natura sit vt feratur in humidis et sistat in liquidis et structa trãscurrat / quid per naturã humani corpozis / carnem ex spiritusancto conceptam iudicamus Caro illa de celis est z homo ille de deo est. habens ad patiendũ corpus et passus est. Sed naturã non habens ad dolendũ Idem in eodẽ. videamus an ille passionis ordo infirmitatez in domino dolozis permittat intelligi / dilatis em̃ causis ex q̃bus metũ domino heresis ascribit / res ipsas vt geste sunt pferamus. Nec em̃ fieri potest vt timoz eius significetur in verbis cuius fiducia ptinuatur in factis Timuisse ergo heretice passionez videtur Sed ob ignozantie huius errozem petrus z sathanas ei scandalũ est. An ne timuit mozi q̃ armatis obuius pdijt et in corpe eius infirmitas fuit. ad cuius occursuz psternata persequentium agmina supinatis corpibus pciderunt Quam ergo infirmitatem dominatam huius corpozis credis cuius tantaz habuit natura virtutem. Sed forte dolorem vulnerum timuit. Quem rogo o tu dominice infirmitatis assertoz penetrãtis carnem clauí habuit terrozez. q̃ excisam aurez solo restituit attactu Prozducens hec aurem manus clauũ dolet Et sentit vulnus qui alteri dolozẽ vulneris nõ reliquit. Pũgendi carnis metu tristis est cuius attactu caro postcedem sanatur. Item collatis ergo dictorum gestozumqz virtutibus / demõstrari non est ambiguum in natura corpis eius infirmitatem corpozee nature nõ fuisse. et passionez illam licet corpozi illata sit / non tamen naturam dolẽdi corpozi intulisse. quia licet forma corpozis nostri esset in domino. nõ tamen vicio se infirmitatis nostre forma erat in corpore / qõ ex pceptu spiritussancti virgo pgenuit. Audisti lector verba hyl. quibus dolozem excludere videtur. Ez si excussa sensus et impietatis hebitudine pmissis diligenter intendas / atqz ipius scripture circumstantiam inspicias dictoz rationem atqz virtutem pcipere vt cunqz poteris et intelligentiam arguere nõ attemptabis. Intelligit em̃ ea ratione dixisse dolozem passionis / i xpm non incidisse. z virtutez corpozis

Hylarius.

Hylarius.

xpi excepisse vim pene sine sensu pene qz doloris causam et merituz in se non habuit. qd videtur notasse vbi ait Nõ habens naturã ad dolendum. z ideo ñ iudicanda est caro illius scõm naturam nostri corpis nec in eo etiam dominiuz habuit passio. Ita etiã nõ habuit naturam ad timendum vel tristandum / qa non habuit talem naturam in qua esset causa timoris vel tristicie. Itaqz necessitas timendi non fuit in eo sicut est in nobis Nec natura doloris fuit in eo sicẽ est in nobis. Tristiciã tamen in eo fuisse cõsequenter asserit. sed causam eius extitisse. non suam mortem. ꝗ defectũ petri et aliozz apostolorum. Dicit enim xpm non ppter mortez. ꝗ vsqz ad mortem tristez fuisse. his verbis interrogo quid sit xpm tristem esse vsqz ad mortẽ et tristez esse ppter mortem. Non em̃ eiusdem significationis est tristem esse ppter mortẽ / z vsqz ad mortem Quia vbi ppter mortez tristicia ẽ. illic moris causa tristicia est Ubi vero tristicia vsqz ad mortẽ est / moris non tristicie causa est / ꝗ finis adeo aũt non ppter mortẽ suscepta est tristicia. vt sit destituta per mortem. Nõ ergo sibi tristis est. ꝗ illis qui in scandalo per infirmitatem carnis erant futuri / quos monet orare ne inducantur in temptationez. qui aũ polliciti erant / se non scandalizari.

De tristicia xpi et eius causa fnr eundez

Hyl. in libro de sinodis.

Cum hec passio

num genera. infirmitatem carnis affici ant. deus tamen verbum caro factum non potuit ad se demutabilis esse patiẽdo. verbum enim quia caro factum est licet se passioni subdiderit non tam̃ demutatuz est passibilitate patiendi. Nã pati potuit et passibilis esse non potuit quia passibilitas nature infirme significatio est. passio autem eorum est que sunt illata perpessio.

An in cristo fuerit necessitas patiendi z morendi que ẽ defectus generalis.

Hic oritur QI. XVI. questio ex predictis duces originem. Dictũ est em̃ supra qꝫ xps in se nostros defectus suscepit. preter peccatũ Est autem hominis quidem generalis defectus qui peccatum non est scz necessitas patiendi vel moriendi Unde corpus nostrum non tantum mortale. sed etiam mortuum dicitur. quia non tantum aptitudinem moriendi. sed etiam necessitatẽ habet. Ideo queritur vtrũ necessitas talis in christi carne fuerit. De aptitudine em̃ moriendi qꝫ in eo fuerit / ambiguum non est. que etiam ante peccatum in homine fuit. quando aliquis in eo non fuit defectus. nec ergo mortalitas illa tunc in eo fuit defectus quia nature ei erat. Unde etiam qdam talem mortalitatẽ in nobis non esse defectum non improbe tradunt. sed necessitatem moriendi vel patiendi. que etiã mortalitas dicitur vel passibilitas. Dicitur em̃ homo nunc passibilis vel mortalis. non modo ppter aptitudinez. ꝗ etiam ppter necessitatem Sed nũquid hic defectus fuit in xpi carne. Aia quoqz eius cũ passibilis extiterit ante mortem. nunquid necessitatem patiẽdi habuit. Si em̃ necessitas patiendi vel moriendi fuit in xpo / non videt sola volũtate miserationis defect' nostros accepisse. Ad qd dici potest / xpm volũtate non necessitate sue nature hos defectus sicut alios suscepisse scz necessitatẽ patiendi in anima. simul autez patiendi z moriendi in carne. Verum hanc necessitatẽ non habuit ex necessitate sue conditionis / quia a peccato immunis. sed ex sola volũtate accepit de nostra infirmitate. ponens tabernaculũ suuz in sole scz sub temporali mutabilitate et labore. Unde sup epistolam ad hebreos autoritas dicit. qz sicut hoibus alijs iure z lege nature statutũ est semel mori.

Qd mortalitas ante peccatũ nõ fuit i hoie defectus

An illa modo sit in nobis.

An aia christi hũit ncẽitatẽ peciendi.

Solutio.

ita et christus eadem necessitate et iure nature semel oblatus est. et nō sepe Nec ideo dicit iure nature. q̄ ex natura sue ꝓditionis hunc defectum traxerit. qui etiā non ꝓuenit nobis ex natura scōm q̄ prius est instituta. sed ex ea peccato viciata. ⁊ ideo dicitur hic defectus naturalis. quia quasi pro natura inolevit in omnibus diffusus.

De statibus hominis. ⁊ quid de singulis cristus accepit.

Et est hic notandum / xp̄m de omni statu hominis aliquid accepisse qui oēs venit saluare. Sunt eīm quatuor status hominis. primus ante peccatum. scōs post peccatū et ante gratiā. tercius sub gratia. quartus in gloria. De p̄mo statu accepit immunitatē peccati. Unde aug̅. illud iohannis euangeliste exponens / q̄ de sursum venit super omnes est. Dicit xp̄m venisse de sursum. i. de altitudine humane nature. ante peccatuz. qz de illa altitudine assumpsit verbū dei hūanam naturam / dum nō assumpsit ipsam culpam cuius assumpsit penā. Sed penaz assumpsit de statu secundo ⁊ alios defectus. De tercio vero gratie plenitudinem. De quarto non posse peccare. et dei pfectam contemplationē / habuit eīm simul bona vie quedam et bona patrie. sicut et quedam mala vie.

Aug̅ sup ioh euangelistam

Si omnis cristi oratio vel voluntas expleta sit.

DI. XVII.

Post predicta considerari oportet vtrum xp̄s aliquid voluerit vel orauerit. q̄ factum non sit. Hoc enim estimari pōt per hoc q̄ ipse ait. Pater si possibile ē transeat a me calix iste. Verumtamen non quod ego volo ſ̄ quod tu vis. Dic nanq̄ voluntatem suam a patris volūtate discernere videtur.

De voluntatibus cristi secundum duas naturas.

Quo circa ambigendum non est diuersas in xp̄o fuisse voluntates iuxta duas naturas diuinā scz voluntatē et humanaz. Et humana voluntas est affectus rōnis vel affectus sensualitatis. ⁊ aliud est affectus anime secundum rationem. alius secundū sensualitatem. vterq̄ tamen dicitur humana voluntas. Affectu autez rationis id volebat q̄d voluntate diuina scz pati ⁊ mori. sed affectu sensualitatis nō volebat immo refugiebat. nec tamen in eo caro ꝓtra spiritum vel deū concupiscebat. Quia vt ait aug̅. nōnullum est vicium cum caro cōcupiscit aduersus spiritum. Caro autem dicta est concupiscere. quia hoc secundum ipsam agit anima sicut anima per aurem audit et p oculū videt. Caro eīm nichil nisi p animam cōcupiscit Sed ꝓcupiscere dicit cum anima carnali concupiscentia spiritui reluctatur habens carnalē delectationez de carne et a carne aduersus delectationē quaz spiritus habet. Ipsius autē carnalis concupiscentie causa nō est in aīa sola nec ī carne sola Ex vtroq̄ eīm fit quia sine vtroq̄ delectatio talis non sentit. Talis ergo rixa talisq̄ concertatio in anima xp̄i nullatenus eē potuit / quia carnalis cōcupiscentia ibi esse nequiuit. Dei etiaz voluntas erat et rōni placebat vt illud secunduz carnem vellet / quatinus veritas humanitatis in eo ꝓbaretur. Nam qui hominis naturaz suscepit / que ipsius sūt subire debuit Ideoq̄ sicut in nobis duplex ē affectus mētis scz ⁊ sensualitatis / ita ⁊ in eo debuit esse geminus affectus / vt mētis affectu vellet mori / ⁊ sensualitatis affectu nollet. sicut in viris sāctis fit Petro enim ipsa veritas dicit. Cū senueris. extēdes manus tuas / ⁊ alius p̄ cinget te / ⁊ ducet te quo tu non vis scz

ad mortem. Quod exponens aug. dicit q̃ petrus ad illam molestiam nolẽs est ductus nolens ad eam venit. sed volens eam vicit/ et reliquit affectum infirmitatis quo nemo vult mori q̃ adeo est naturalis vt eum petro nec senectus abstulerit. vnde etiam dominus ait trãseat a me calix iste sed vicit eum vis amoris/ ergo et in christo secundum humanitatem et in membris eius geminꝰ est affectus. vnus rationis caritate iformatus/ quo propter deum quis mori vult. alter sensualitatis carnis infirmitati propinquus. et ei ideo coniunctus quo mors refugitur. Ut enim augustinus ait Pius mentis ratione cupit dissolui et esse cũ christo. sensu autem carnis refugit et recusat. hoc habet humanus affectus. quoniã diligit vitam/ odit mortem Secundum istum affectũ christus mori noluit nec obtinuit quod secũdum istum affectum petijt.

Auctoritatibus probat diuersas in christo voluntates.

Ex affectu ergo humano quem de virgine traxit volebat non mori et calicem transire orabat. Unde beda orat transire calicem. quia homo erat dicens. pater transeat a me calix iste Ecce habes voluntatem humanam expressam. Vide iam rectũ cor. sed non qd̃ ego volo sed qd̃ tu vis vnde non veni facẽ voluntatem meam quam scz temporaliter sumpsi ex virgine sed voluntatẽ eius qui me misit quã scz eternus habui cum patre Hic aperte dicit duas in cristo fuisse voluntates secundum quas diuersa voluit. Ieronimus quoqz super illum locum. Spiritus promptus est. caro autem infirmadans intelligi hic duas voluntates exprimi ait ita. hoc contra euticianos q̃ dicunt in christo vnam tantum volũtatem. hic autem ostendit humanaz que propter infirmitatẽ carnis recusat passionem et diuinam que prompta est p̃ficere dispensationẽ. Augustinus. etiã duas in christo asserit voluntates dicẽs quãtum distat deus ab homine/ tantũ voluntas dei a volũtate hominis. Unde hominem christus gerens ostendit p̃uatam voluntatem quandam hominis in qua et suam et nostram configurauit qui caput nostrũ est. z ad eum sicut mẽbra ptinemus. Pater inquit si fieri potest transeat a me calix iste. hec humana voluntas erat proprium aliquid et tamquam priuatum volens. Sed quia rectum vult esse hominem. et ad dominum dirigi subdit Non quod ego volo sed quod tu vis. Ac si diceret. vide te ĩ me. quia potes aliquid ꝓprium velle. vt deus aliud velit. Cõceditur hoc humane fragilitati. Idez alibi. Cristus ĩ passione duas expressit voluntates in se secundum duas naturas. Ait enim. Pater si fieri potest transeat a me calix iste Ecce hẽs hois voluntatẽ. quaz ad diuinam ꝓtinuo dirigens ait. Veruntamen non sicut ego volo. sed sicut tu. Ambro. etiaz in libro tercio de trinitate. Scriptum est. Pater si possibile est transfer a me calicem hunc. Verba cristi sunt. sed quomodo et in qua form a dicantur aduerte. hominis substantiam gerit hominis assumplit affectum. Non ergo quasi deus/ sed quasi homo loquitur. Suscepit quidem voluntatem meam. Quea est voluntas/ quam suam dixit cum ait. Non sicut ego volo sed sic tu vis. Cũ autem dixit omnia q̃ habet pater mea sunt/ quia nichil excipitur/ sine dubio quam pater habet eandem et filius habet voluntatem. Eadem est xpi voluntas que paterna. vna ergo voluntas est patris et filij. Sed alia volũtas hominis aliaz̃ ĩ vt scias vitam in voluntate esse hominis. Passionem autem christi in voluntate diuina. vt pateretur pro nobis.

Bis testimonijs euidenter docet in cristo duas fuisse voluntates. quod qz negauit macharius archiepiscopus ĩ metropolitana sinodo cõdemnatus est. et ex affectu humano sensualitatis quidẽ

Beda.

Iero.

Aug. sup psal xxxj.

Ambr.

non rationis illud voluit ꝛ petijt quod non impetrauit. nec ideo petijt vt impetraret. quia sciebat deum nõ esse facturum illud. Nec illud fieri volebat affectu rationis vel voluntate diuinitatis. Ad quid ergo petijt. Vt mẽbris formã preberet / imminente turbatione clamandi ad dominum / et subiciendi voluntatem suam diuine voluntati. vt si pulsante molestia tristẽtur ꝓ eiusdem ammonitione orent Sed si neque unt vitare dicant quod ipse christus. Non ergo ad insipientiam fuit q̃ xp̃s clamans non auditur ad salutez corporalem. Bonum quidem petijt. scz vt ñ moreretur / sed melius erat vt moreret quod et factum est.

De eo quod ambrosius dicit cristum dubitasse affectu humano.

Leterum nõ parum nos mouent verba ambrosij quib̃ significare videtur. xp̃m secundum humanum affectũ / de patris potentia dubitasse. sic dicens in libro tercio de trinitate. De quo dubitat de se an de patre. De eo vtiq̃ cui dicit transfer / dubitat hominis affectu. Naz deus de patre non dubitat. nec de morte formidat propheta etiam non dubitat qui nichil deo esse impossibile asserit. Num infra homines ꝓstitues deum. propheta non dubitat. et filium dubitare tu credis. Ut ergo homo dubitat / vt homo locutus est His verbis innui videtur / q̃ cristus non inquantum deus est vel dei filius. sed inquantum homo dubitauerit affectu humano. Quod ea ratione dictum accipi potest. non quia ipse dubitauerit / sed quia modum gessit dubitãtis. et hominib̃ dubitare videbatur.

Verba hylarij longe diuersa exprimentia sententiam a premissa.

Illud etiã ignorandum non est quod hyla. asserere videtur xp̃m non sibi sed suis orasse cum dixit transfer a me calicem hunc. sicut nec sibi sed suis timuit. Nec eum timuisse vt sibi non esset passio / sed vt a suis transiret calix passionis ita inquiens. Si passio honorificatura eum erat / sicut iuda exeunte ait. nunc honorificatus est filius hominis quomodo tristez cum metus passionis effecerat Nisi forte tam irrationabilis fuerit vt pati mortem timuerit. que patientem se glorificatura esset Sed forte timuisse vsq̃ eo estimabatur. vt transferri a se calicem deprecatus sit dicẽs. pater transfer calicem hunc a me. quomodo eñ per patiendi metuz transferri deprecaretur a se. quod perdispensationis studium festinaret implere. Non enim conuenit. vt pati nolit qui pati venit et cum pati eum velle cognosceres religiosius fuerat hoc confiteri / q̃ ad id impie stulticie prumpere. vt eum assereres ne putaretur orasse. quem pati velle cognosceres. Non ergo sibi tristis. neq̃ sibi orat transire calicem. sed discipulis ne in eos calix passionis incumbat. quem a se transire orat. ne in his scz maneat Non enim rogat ne secum sit. sed vt a se transeat. Deinde ait nõ sicut ego volo sed sicut tu vis. humane in se solicitudinis significans consortium. sed nõ discernens sententiam sibi communis cũ patre voluntatis. Pro hominibus ergo vult transire calicem. per quem omnes discipuli erant temptandi. et ideo pro petro rogatur ne deficiat fides eius Sciens ergo hec omnia post mortem suam desitura vsq̃ ad mortem tristis ẽ et scit hunc calicem non posse transire nisi biberet. Ideo ait. pater mi si nõ potest transire calix iste nisi bi. i. fi. vo. tua. Sciens in se consummata passione / metum calicis transiturum. qui nisi eum bibisset. transire non posse. nec finis terrozis / nisi consummata passione

Hyla. in. x. li. de trini.

Ne pateret orasse.

terrori succederet qz post mortez eius per virtutum gloriam apostolice infirmitatis scandalum pelleretur. Intende lector his verbis pia diligentia / ne sint tibi vasa mortis.

Qi cristus meruit sibi et nob z quid sibi z quid nobis.

Oi. CXVIII.

De merito etiam xpi pretermittē duz non est / de quo q̃dam dicere solent / q̃ non sibi / sed mēbris tantum meruerit. Meruit quidem mēbris redemptionē a dyabolo. a peccato. a pena / et regni reseratione / vt amota ignea rumphea libere pateret introitus. sed et sibi meruit / impassibilitatis et immortalitatis gloriam sicut ait apostolus. Cristus factus est pro nobis obediens vsq̃ ad mortem / mortem autem crucis. ppter quod et deus exaltauit illum et dedit illi nomen quod est super omne nomen. Aperte dicit apostolus christum propterea exaltatū per impassibilitatis gloriam / quia est humiliatus per passionis obedientiam. humilitas ergo passionis meritum fuit exaltationis. Et exaltatio premium humilitatis. Unde aug̃. exponens premissum capitulum ait vt xps resurrectōne clarificaret. prius humiliat? ē passione humilitas claritatis est meritū. claritas humilitatis ē premium. Sed hoc totum factum est in forma serui. In forma eni dei / semper fuit et erit claritas. Item ambro. idem capitulum tractans ait. Quid et quantū humilitas mereatur hic ostenditur his testimoniis euidens fit / q̃ xps per humilitatem et obedientiam passionis meruit clarificationem corporis. nec id solum / sed etiam impassibilitatez anime. Anima eni ipsius ante mortez erat passibilis sicut caro mortalis sed post mortem merito humilitatis / z anima impassibilis facta est. et caro imortalis. Utq̃ autem anima sit facta impassibilis / quando caro facta est immortalis. scilicet ipso resurrectionis momento. de autoritate nobis certū non est. Sed vel mox post carnis sepationez. anima impassibilitate donata est. aut in resurrectione quando caro reflorruit.

Aug̃.

Ambrosius.

Qz aia xpi sit facta ipassibilis.

Qz a conceptu meruit sibi christus hoc quod per passionem.

Nec solū hoc meruit cristus quando patri obediēs crucem subiit. sed etiam ab ipsa conceptōne ex quo homo factus est per caritatē et iusticiam et alias virtutes. in quarum plenitudine fuit secundum hominem ꝓditus sibi tantum meruit. quantum post per martirij tolerantiam. Tāta enim plenitudo spiritualiz carismatum in eo fuit / q̃ in eis ꝓficere non potuit. et ideo melior ipsius anima fieri ñ potuit / q̃ ab initio sue ꝓditionis extitit. quia ꝓficere in meritis non valuit. Ut eni gregorius ait. Nō habuit omnino xps iuxta anime meritum quo potuisset ꝓficere. In mēbris autem que nos sumus / quotidie ꝓficit. Nō ergo plus meruit sibi per crucis patibulum / q̃ a conceptione meruit per gratiā virtutum. Non ergo profecit secundū anime meritum quantum ad virtutē meriti / ꝓfecit tamen quantum ad numeruz meritorum. Plura enim habuit merita in passione / q̃ in conceptione. ꝗ maioris virtutis non extiterunt in merendo plura q̃ ante fuerāt pauciora. Meruit ergo a conceptione non modo gloriam impassibilitatis et immortalitatis corporis sed etiam impassibilitatez anime. Per quid? per obedientiam / et voluntatem perfectam quaz nō tunc primo habuit. nec maiorē cum pati cepit et mori. Obediens enim perfecte z bonus extitit. secundum hominem ex quo fuit homo / habuit ergo anima illa aliquod bonuz in se post mortem quod non habuit ante. Non ergo beatior vel melior fuit q̃ añ. Absit q̃ melior fuerit

Gregorius.

quia nõ sanctior/ nec gratia cumulatior Nec etiam beatior fuit in dei contemplatione. in quo precipue beatitudo cõsistit. Potest tamen dici in hoc beatõr fuisse/ quia ab omni miseria immunis. Ex quo nequit inferri simplicit q̃ beatior fuerit.

De eo quod scriptum est donauit illi nomen quod est super omne nomen.

Nec tantum gloriam impassibilitatis et immortalitatis meruit. sed etiam donari sibi nomẽ quod est super omne nomẽ/ scilicet honorificentiam. quod vocatur deus. hoc tamen ante mortẽ habuit. habuit enim hoc nomen dei filius. in quantum deus est ab eterno per naturam in quantum homo factus est. habuit ex tempore per gratiam. Meruntamen aug. dicit. homini donatum esse illud nomen. non a deo. quia illud nomen habuit cũ in forma dei tantum erat Sz cũ dicitur propter quod illum exalt. et do. i. no. quod e. su. o. n. satis apparet ppter quid exaltauerit. i. propter obedientiam. z in qua forma exaltatus sit. In qua enim forma crucifixus est/ in ea exaltatus ẽ in ea donatũ est ei nom̃ vt cum ipsa forma serui nominetur vnigenitus filius dei. hoc illi donatum est vt homini. qõ iam habebat idem ipse deus Hoc ergo per gratiam accepit vt ipse ens homo vel subsistens in forma serui. i. in anima et carne. nominet. et sit deus. Sz nunquid hoc meruit. supra enim dictũ est. quia hoc tantum bonum homo ille non meruit. quomodo ergo hic dicitur ppter obedientiaz donatum est ei hoc nomen secundum tropuz illum in scriptura creberrimum hoc accipiendum est quo dicitur res fieri quãdo innotescit Post resurrectionem vero quod ante erat. in euidenti positum est vt scirent homines et demones. Manifestationem ergo illius nominis donauit ei de post resurrectionem. sed illam meruit per obedientiaz passionis qui eo q̃ obediuit patiendo/ exaltatus est resurgendo. et per hoc manifestatũ est nomen. Hic eodem tropo vsus est etiaz post resurrectionem dicens. Data ẽ michi omnis potestas in celo et in terra. non q̃ tunc primo acceperit. sed quã ante habebat/ tũc manifestata est potestas. Ceterum ambro. dicit. nomen illud donatum esse deo non homini. et videtur secus verborum superficiem oppositus aug. sed intelligentia non obuiat licet diuersum sapiat. Nam ambro. de naturali donatione id dictum intelligit. qua eternaliter pater generãdo dedit filio no. q. e. su. o. n. scz esse deum per naturam. quia genuit ab eterno filium plenum et sibi equalem deũ. Quod tamen nomen apostolus ppter passionis obedientiam xpo donatum dicit. Sed premissio locutionis modo accipiendũ est.

Aug. in libro ꝓtra maximinum.

Qd nomẽ illi datũ est hõi z non deo.

Ambrosius q̃ datuz fuit deo z nõ hõi.

Si cristus sine omni merito illa habere potuit.

Si vero querit. vtrum christus illam immortalitatis z impassibilitatis gloriam et nominis di manifestationem sine omni merito habere potuerit sane dici potest/ quia humanam naturaz/ ita gloriosam suscipere potuit. sicut in resurrectione extitit Nomenq̃ suum et aliter hominib̃ manifestare potuit. Sed homo passibilis esse non potuit sicut fuit/ et ad illã gloriam sine merito peruenire. Potuit q̃dem peruenire ad illaz sine merito passionis. quia potuit consumpta mortalitate immortalitatis gloria vestiri/ sed non sine merito iusticie et caritatis aliarumq̃ virtutum. Nõ enim xps homo esse potuit/ in quo plenitudo virtutum et gratie non fuit. Nec virtutes ei inesse potuerunt cilicio mortalitatis induto quin per eas mereretur. Habẽs ergo has virtutes secundum hominem

passibilem ac mortalem/non potuit nõ mereri gloriam immortalitatis. Non ergo potuit factus mortalis sine merito gloriam impassibilitatis et immortalitatis. ac manifestationẽ dei nominis consequi. Potuit tamen hoc assequi sine merito passionis/ quia per passionẽ nil sibi meruit/ quod non ante per virtutes meruerit.

De causa mortis ⁊ passionis christi.

Ad quid ergo voluit pati et mori si ei virtutes ad merẽdum ille sufficiebant pro te. non pro se quomodo pro me/ vt ipsius passio et mors tibi esset forma. ⁊ causa forma vtutis et humilitatis. causa glorie. et libertatis forma/ deo vsqꝫ ad mortem obediendi/ et causa tue liberationis ac beatitudinis. Meruit enim nobis per mortis ac passionis tolerantiam/ quod p precedentia non meruerat. scꝫ aditũ paradisi/ et redemptionem a peccato. a pena. a dyabolo. et per mortem eius hic nos adepti sumus scꝫ redemptionẽ et filiorũ glorie adoptionem. Ipse eñ moriendo. factus est hostia nostre liberationis. Sed quomodo per mortem nos a dyabolo et a peccato redemit. ⁊ aditũ glorie aperuit/ decreverat deus in misterio. vt ait ambro. propter primum peccatum non intromitti hominẽ in paradisum. i. ad dei contemplationem non admitti/ nisi in vno hominum tanta existeret humilitas. que omnib⁹ suis ꝓficere posset/ sicut in primo homine tanta fuit superbia que omnibus suis nocuit. Non est autem inventus inter homines aliquis quo id posset impleri/ nisi leo de tribu iuda qui aperuit librum/ et soluit signacula. implendo in se omnem iusticiam. i. consummatissimam humilitatem qua maior esse non potest. Nam alij homines debitores erant et vix vnicuiꝫ sua virtus sufficiebat et humilitas. Nullus ergo eorum hostiam poterat offerre sufficientꝫ reconciliationi nostre. Sed cristus homo sufficiens et perfecta fuit hostia. q̃ multo amplius est humiliatus/ amaritudinem mortis gustando/ q̃ ille adam supbijt per esum ligni vetiti/ noxia delectatione perfruendo. Si ergo illius superbia omnium extiterit ruina/ ipsum de paradiso mittens foras/ alijsqꝫ acludens ianuam. multomagis xpi humilitas quam per mortem gustauit. ingressum regni celestis. omnibus suis impleto dei decreto aperire valuit atqꝫ decreti delere cyrographum. Vt enim ait Ambro. tantum fuit peccatum nostrũ vt saluari non possemus nisi vnigenitus dei filius pro nobis moreretur debitoribus mortis. sed sic dignos nos fecit testamenti. et promisse hereditatis. Quod non ita est intelligendum quasi non alio modo saluare nos potuerit. quam per mortem suam. sed quia p alia hostiam non potuerit nobis aperire regni aditus et fieri salus/ nisi p mortem vnigeniti. cuius tanta fuit vt dictũ est humilitas et pacientia vt eius merito pateret credentbus in eum aditus regni. Magna ergo in morte vnigeniti pstita sunt nobis. vt liceat nobis redire in patriam. sicut olim in morte sũmi pontificis/ his qui ad civitatem refugij confugerant/ secure ad propria remeare. Ecce aliquatenus ostensum est qualiter per christi mortẽ/ aditus regni/ sit nobis paratus.

Ambro. ad Ro

Qualiter per mortem redemit nos ⁊ aditꝫ regni aperuit.

Hic q̃liter a dyabolo et a peccato nos redemit per mortez

Hinc ergo queramus. quomodo p mortem ipsius a dyabolo et a peccato ⁊ a pena redempti sumus. A dyabolo ergo et a peccato per xpi mortem liberati sum⁹ quia vt ait apostolus in sanguine ipius iustificati sumus. ⁊ in eo q̃ sumus iustificati. i. a peccatis soluti/ a dyabolo

OI. XIX

sumus liberati qui nos vinculis peccatorum tenebat Sed quomodo a peccatis per eius mortē soluti sumus. Quia per eius mortem. vt ait apostolus cōmendatur nobis caritas dei. i. apparet eximia et cōmendabilis caritas dei erga nos in hoc q̄ filium suum tradidit ī mortem pro nobis peccatoribus. Exhibita autem tante erga nos dilectionis arra/ et nos mouemur accēdimurq̄ ad diligendum deum qui pro nobis tantū fecit. et per hoc iustificamur. i. soluti a peccatis iusti efficimur. Mors ergo christi nos iustificat. dum per eam caritas extitatur in cordibus nostris. Dicimur quoq̄ et aliter per mortem xp̄i iustificati/ quia per fidem mortis eius a peccatis mundamur. Unde apostolus iusticia dei est per fidem ihesu xp̄i Et item quem ꝓposuit propiciatorem per fidem in sanguine ipsius. i. per fidē passionis. vt olim aspicientes in serpentem eneum in ligno erectum/ a morsibus serpentum sanabantur Si ergo recte fidei intuitu illum respicimus q̄ pro nobis pependit in ligno/ a vinculis diaboli soluimur. i. a peccatis. ⁊ ita a diabolo liberamur. vt nec post hanc vitam in nobis inueniat quod puniat. Morte quipe sua vno verissimo sacrificio quidquid culparum erat vnde nos diabolus ad luenda supplicia detinebat. christus extraxit vt in hac vita tēptando nobis non preualeat. licet enim nos temptet post xp̄i mortem/ quibus modis ante temptabat non tamen vincere potest/ sicut ante vincebat. Nam petr' qui ante christi mortem voce ancille territus negauit. post mortem ante reges et presides ductus non cessit. Quare? quia fortior. i. xp̄s/ veniens in domum fortis id est in corda nostra/ vbi diabolus habitabat/ alligauit fortem. i. a seductione compescuit fidelium vt temptationē que ei adhuc permittitur non sequatur seductio. Ita in christi sanguine qui soluit que non rapuit/ redēpti sumus a peccato et per hoc a diabolo. Nam vt ait augustinus in ipso vincuntur inimice nobis inuisibiles potestates vbi vincuntur inuisibiles cupiditates. Fuso em̄ sanguine sine culpa omnium culparum cyrographa deleta sunt. quibus debitores qui in eum credunt a diabolo ante tenebantur. Ūn̄ qui pro multis effundetur. per illum ergo redēpti sumus in quo princeps mundi nihil inuenit. Unde augustinus eau sam et modum nostre redemptionis insinuans ait Nichil inuenit diabolus in christo vt moreretur sed pro voluntate patris. mori xp̄s voluit/ non habens mortis causam de peccato. sed de obedientia et iusticia mortem gustauit per quam nos redemit a seruitute diaboli Incideramus em̄ in principem huius seculi/ qui seduxit adam et seruum fecit cepitq̄ nos/ quasi vernaculos possidere. sed venit redemptor. et victus ē deceptor. et quid fecit redemptor captiuatori nostro. Tetendit ei muscipulam crucem suam/ posuit ibi quasi escā sanguinem suum. Ille autem sanguinē fudit/ non debitoris. per quod recessit a debitoribus. Ille quipe ad hoc sanguinem suū fudit/ vt peccata nostra deleret. Unde ergo nos diabolus tenebat/ deletum est sanguine redēptoris. Non em̄ tenebat nos nisi vinculis peccatorum nostrorum iste erant cathene captiuorum. Venit ille alligauit fortē vinculis passionis sue intrauit in domū eius. i. in corda eorum/ vbi ipse habitabat. et vasa eius scz nos eripuit. que ille impleuerat amaritudine sua. Deus autem noster vasa eius eripuens et sua faciens/ fudit amaritudinem/ et impleuit dulcedine per mortem suā a peccatis redimens et adoptionem glorie filiorum largitus.

Aug. in li. 3 agōe xp̄iano.

Aug.

Cur deus homo ⁊ mortuus.

Factus est ergo homo mortalis. vt moriendo diabolū vinceret. Nisi em̄ homo esset qui diabolum vinceret/ non iuste sed violēter

homo ei tolli videretur. qui se illi spõte subiecit. Sed si cum homo vincit/iure manifesto hominem perdit. et vt homo vincat necesse est vt deus in eo sit. qui eum a peccatis immunem faciat. Si eñ per se homo essz vel angelus in homine facile peccaret cuz vtranqz naturam/per se pstet ceciderisse. Ideo dei filius hominem passibilem sumpsit. in quo z mortem gustauit. quo celuz nob aperuit et a seruitute dyaboli. i. a peccato/seruitus enim dyaboli. peccatuz est/et a pena redemit.

Quomõ z a qua pena cristus nos redemit per mortem.

A qua pena temporali. et eterna. Ab eterna quidem/relaxando debitum. A temporali vero penitus nos liberabit in futuro. quando nouissima mors inimica destruetur Adhuc eñ expectam? redemptõez corporis. secundum animas vero iam redempti sumus ex parte/non ex toto/a culpa. non a pena. Nec omnino a culpa. Non eñ ab ea sic redempti sumus vt non sit sed vt non dominetur.

Quomõ penam nostram portauit.

Peccata quoqz nostra. i. penam peccatorum nostrorũ dicitur in corpore suo super lignuz portasse/quia per ipsius penam quam in cruce tulit/omnis pena tẽporalis que pro peccato conuerso debetur/in baptismo penitus laxatur vt nulla a baptizato exigatur et in penitentia minoratur. Non enim sufficeret illa pena. qua penitentes ligat ecclesia/nisi pena xpi cooperaret. qui pro nobis soluit. Unde peccata iustorum qui fuerunt ante aduentũ in sustentatione dei fuisse vsqz ad christi mortem. Dicit apostolus ad ostensionem iusticie eius in hoc tempe.

Ecce aperte expositum est/quomodo et quid christus per mortem nobis meruit et impetrauit.

Si solus cristus debet dici redemptor vt solus dicitur mediator.

Unde ipse vere dicitur redemptor mundi. et dei hominũqz mediator. Sed mediator in scriptura dicitur solus filius. Redemptor vero aliquando etiaz pater vel spiritus sanctus. sed hoc ppter vsum potestatis non ppter exhibitionem humilitatis. et obedientie. Nam secundum potestatis simul et obedientie vsum filius proprie dicitur redemptor quia et in se expleuit/per que iustificati sumus. z ipsam iustificationem est operatus potentia deitatis cum patre. z spiritusancto Est ergo redemptor in quantum est deus potestatis. vsu inquantuz homo/humilitatis affectu z sepius dicitur redẽptor secundum humanitatem. quia secũdum eam et in ea suscepit et impleuit illa sacramenta que sunt causa nostre redemptionis. proprie ergo filius dicitur redemptor.

De meditatore.

Qui solus dicit mediator. non pater. vel spiritussanct? De quo apostolus vnus mediator dei et hominum homo christus ihesus. i. p hominẽ quasi in medio arbiter est ad componendam pacem. i. ad reconciliandum homines deo. hic est arbiter q̃z iob desiderat. Utinam esset nobis arbiter. Reconciliati eñ sumus deo vt ait apostolus per mortem christi. qd nõ sic intelligendum est/quasi nos ei sic reconciliauerit xps. vt inciperet amare quos oderat. sicut reconciliatur inimicus inimico. vt deinde sint amici. q̃ ante se oderant. sed iaz nos diligenti do

reconciliati sumus. Non enim ex quo ei reconciliati sumus per sanguinem filij/nos cepit diligere sed ante mundũ priusq̃ nos aliquid essem⁹. Quomodo ergo nos diligenti deo sumus reconciliati propter peccatum cum eo habebamus inimicicias/qui habebat erga nos caritatem/etiam cum inimicitias exercebamus aduersus eum operando iniquitatem. Ita ergo inimici eram⁹ deo sicut iustitie sũt inimica peccata ⁊ ideo remissis peccatis. tales inimicicie finiuntur et reconciliantur iusto/quos ipse iustificat. Cristus autem dicitur mediator/eo q̃ medius inter deum et homines. ipsos reconciliat deo. Reconciliat autem dum offendicula hominuz tollit ab oculis dei. i. dum peccata deletquibus deus offendebat ⁊ nos inimici eius eramus. Sed cum peccata deleat non solus filius. ꝗ et pater et spiritussanctus. quorũ deletio est nostra ad deum reconciliatio/quare solus filius dicitur mediator. Nam de patre legitur q̃ reconciliauerit sibi munduz. Ait em̃ apostolus. deus erat in xpo/mundum sibi reconcilians. Cum ergo reconciliet quare non dicitur mediator. quia nec medius est inter deum et homines/nec in se habuit illa sacramenta quorum vide et imitatione iustificemur. i. reconciliamur deo Recõciliauit ergo nos tota trinitas virtutis vsu scz dum peccata delet. sed filius solus impletione obedientie. in quo parata sunt secunduz humanam naturam per que credentes et imitantes iustificantur.

Secundum quam naturaz sit mediator.

Vnde et mediator dicit scõm humanitatem non secundum diuinitatem. Non est enim mediator inter deum et deum/quia tantum vnus est deus/sed inter deum et hominem. quasi inter duo extrema. quia medius esse non potest nisi inter aliqua. mediator est ergo inquantum hõ. Naz inquantum deus non mediator. ꝗ equalis patri est. hoc idem quod pater cum patre vnus deus. Mediat ergo inter homines et deum trinitatem secunduz hominis naturaz in qua suscepit illa p que reconciliamur deo trinitati. et secundum eandem habet aliquid simile deo et aliquid simile hominibus. quod mediatori ꝓgruebat. ne per omnia similis hominibus. longe essz a deo. aut per omnia deo similis. longe essz ab hominibus. et ita mediator nõ esset. Verus ergo mediator xps inter mortales peccatores et immortalem iustum. apparuit mortalis cum hominibus iustus cum deo p infirmitatem ꝓpinquans nobis per iusticiam deo. Recte ergo mediator dictus est. quia inter deum immortalem et hominem mortalem est deus homo reconcilians hominez deo. in tantum mediator inquantum est homo Inquantum autem verbum non est medius quia vnus cum patre deus. Si ergo xps secundum vos o heretici vnam tantum habet naturam vnde medius erit. Nisi ita sit medius. vt deus sit ꝓpter diuinitatis naturam et homo propter humanitatis naturam. Quomodo humana in eo reconciliantur diuinis. Nam ipse veniens prius in se humana sociauit diuinis. per vtriusq̃ nature ꝓiunctionem in vna persona. Deinde omnes fideles per mortẽ reconciliauit deo dum sanati sunt ab impietate. quicũq̃ humilitatem xpi credendo dilexerunt et diligendo imitati sunt. Ecce hic aliquatenus insinuatur. quare xps solus mediator dei dicitur et hominum et secundum quam naturam mediet scilicz humanam et cui mediet scz deo trinitati. Trinitati enim nos reconciliauit p mortem per quam etiam nos redemit a seruitute dyaboli. Naz vt petrus ait non corruptibilibus auro et argento redempti sumus. sed precioso sanguine/agni immaculati.

Virgilius cõtra eutiticem.

Cũmatis intelligẽtie premisse p strinxit.

Q alio modo potuit liberare

et quare potius isto.

Di. XX

Sed vero q̃ritur. vtrum alio modo possit deus hominē liberare q̃ per mortem christi / dicimus et alium modum fuisse possibilem deo / cuius potestati cuncta subiacent sed nostre miserie sanande puenientiorem modum alium nō fuisse. nec esse oportuisse. Quid enim mentes nostras tantum erigit et ab immortalitatis desperatione liberat q̃ q̃ tanti nos fecit deus. vt dei filius immutabiliter bonus in se manens quod erat / et a nobis accipiens quod non erat / et dignatus nostrum inire p̃sortium / mala nostra moriendo pferret. Est et alia ratio / quare isto potius modo q̃ alio liberare voluit. quia sic et iusticia superatur dyabolus / non potentia / et quomodo id factum sit / explicabo vt potero quadam iusticia dei in potestatē diaboli traditum est genus humanum. peccato p̃mi hominis in omnes originalit̃ transeunte / et illius debito obligante. Unde omnes homines ab origine sunt sub principe dyabolo Unde apostolus Eramus natura filij ire. natura scz vt est de prauata peccato / nō vt est recta creata ab initio. Modus autem ille quo traditus est homo in dyaboli potestatem / nō ita debet intelligi tanq̃ deus hoc fecerit / aut fieri iusserit. sed q̃ tantum permiserit / iuste tamen. Illo enim deserente peccantem peccati auctor illico inuasit. nec tamen deus cōtinuit in ira sua miserationes suas. nec hominem a lege sue potestatis amisit. cum in dyaboli potestate esse permisit quia nec dyabolus a potestate dei est alienus. sicut nec a bonitate. Nam qualicunq̃ vita dyabolus vel homo nō subsisteret nisi per eum qui viuificat omnia. Non ergo deus hominem deseruit vt non se illi exhiberet deum. sed inter mala penalia etiam malis multa prestitit bona. ⁊ tandē hominem quē commissio peccatorum dyabolo subdidit / remissio peccatorum per sanguinem cristi data a dyabolo eruit. vt sic iusticia vinceretur dyabolus / nō potentia. Per qua iusticia? Ihesu christi? et quomodo victus est ea / quia in eo nichil dignum morte inueniens / occidit eum tamen / et vtiq̃ iustum est / vt debitores quos tenebat / liberi dimittant in eum credentes / quem sine vllo debito occidit. Ideo autē potentia vincere noluit quia dyabolus vicio peruersitatis sue amator est potētie et desertor oppugnatorq̃ iusticie in quo homines magis eum imitantur / qui neglecta vel etiam perosa iusticia potentie magis student eusq̃ vel adeptione letantur. vel cupiditate inflammantur. Ideoq̃ placuit deo. vt nō potentia sed iusticia vincēs hominem erueret. in quo homo eū imitari disceret. Post vero in resurrectione secuta est potētia. quia reuixit mortuus. nunq̃ postea moriturus. Sed nō ne iure equissimo vinceretur dyabolus si potentia tantum christus cum illo agere voluisset? vtiq̃. Sed postposuit christusq̃ potuit vt prius ageret quod oportuit Iusticia ergo humilitatis hominem liberauit quem sola potentia aequissime liberare potuit.

Aug.

Ratio quare isto modo.

Nos dyabolus non est alienus a potestate dei

Qua iusticia sit victus dyabolus.

De causa inter deum et hominem et dyabolum /

Si enim tres illi in causam venirent scilicet deus. dyabolus. homo. dyabolus et homo quid aduersus deum dicerent non haberent Dyabolus enim de iniuria dei quincerentur. qz seruum eius scilicet hominem. et fraudulēter abduxit / ⁊ violenter tenuit. homo etiam iniurius deo quincerentur / quia precepta eius contempsit et se alieno domino mācipauit. De hominis etiam iniuria quinceretur / dyabolus / quia et illum prius fallaci promissione decepit / et post mala inferendo lesit. Iniuste ergo dyabol' quantū

ad se tenebat hominez. sed homo iuste tenebatur / qz dyabolus nunqz meruit potestatē habere super hominem. ꝗ homo meruit per culpam pati diaboli tyrannidem. Si ergo deus qui vtriqz p̄ erat / potentia hominem liberare vel / let. sola iussionis vtute hominē potuit rectissime liberare. Sed ob causam p̄ missam / iusticia humilitatis vti voluit Qui dum in carne mortali crucifixus ē iustificati sumus. i. per remissionē peccatorum eruti de potestati dyaboli / et ita a xp̄o iusticia dyabolus victus est ñ potentia. Quomodo autez in eius sanguine nobis peccata sunt dimissa / supra expositum est.

Aug. in libro de trinita.

De traditione cristi que dicitur facta a patre et a filio a iuda ⁊ a iudeis.

Cristus ergo est sacerdos idemqz hostia / ⁊ precium nostre reconciliationis. q̄ se in ara crucis non dyabolo. ꝗ deo trinitati obtulit ꝓ omnibus quantum ad precij sufficientiam ꝗ pro electis tantum. quantū ad efficientiā / quia predestinatis tm̄ salutez effecit. De quo et legitur / q̄ sit tradit? a patre. et q̄ seipsum tradidit. et q̄ iudas eum tradidit et iudei. Ipse se tradidit / qz sponte ad passionem accessit ⁊ pater eum tradidit. qz voluntate patris imo totius trinitatis passus ē. Iudas tradidit / prendo. ⁊ iudei instigando. ⁊ fuit actus iude et iudeoꝝ malus / ⁊ actus xp̄i vel patris bonus. opus xp̄i ⁊ patris bonum. qz bona patris ⁊ filij voluntas / malū fuit opus iude ⁊ iudeorum. qz mala fuit intentio Diuersa fuerunt ibi facta. siue opera. i. diuersi actus ⁊ vna res siue factum scz passio ipsa Ideoqz doctores aliquando vniunt in facto illo patrem. filium. iudam. iudeum. aliqñ disiungunt. Respiciētes em̄ ad passionem vnum opus illorum dicūt Attendentes intentiones ⁊ actus facta diuersa discernunt. Unde aug. Facta est inquit traditio a patre. facta est traditio a filio / facta est traditio a iuda / vna res facta est. Quid ergo discreuit ī ter eos Quia hoc fecit filius ⁊ pater in caritate. Iudas vero in ꝓditione. Ut detis quia non quid faciat homo / ꝗ qa voluntate ꝓsiderandum est. In eodem facto inuenimus deum / quo iudam. deū benedicimus / iudam detestamur quia deus cogitauit salutem nr̄am. Iudas cogitauit precium quo vendidit dominum / filius preciū quod dedit ꝓ nobis Diuersa ergo intentio / diuersa facta facit cum tñ sit vna res ex diuersis Ecce vnam rem dicit ibi fuisse / et diuersa facta. quia vna ibi fuit passio sed diuersi actus / et actus quidem iude ac iudeorum mali quibus operati sūt xp̄i passionem que bonum est et opus dei.

Aug.

Q̄ cristi passio dicitur op̄ dei et iudeorum ⁊ quomodo.

Passio ergo xp̄i et opus dicitur iudeorum quia ex actibus eorum prouenit. et opus dei / quia eo auctore. i. eo volente fuit. Unde aug. nemo aufert animam xp̄i ab eo quia potestatē habet ponendi et sumēdi. Ecce habes auctorem operis ponet animam Ecce habes opus auctoris. ⁊ vt generaliter concludam / quotiens in carne xp̄i aliquid patitur op̄ auctoris ē. quia em̄ sua voluntate, non alio cogēte perpetitur / ipse auctor ē operis. Cum autē passio xp̄i opus dei sit / ⁊ ideo bonum / eamqz operati sunt iudas ⁊ iudei / querit an concedendum sit eos operatos ibi esse bonum. Hic distinguendum ē. Potest enim dici. q̄ operati sunt bonum. quia ex actibus eorū bonum prouenit. i. passio xp̄i. et item q̄ operati non sint bonū ꝗ malum / quia actio eorum non fuit bona sed mala.

Aug in expositōne fidei catholice cōtra felicianum.

Si iudei sunt ibi opati bonum.

Si in cristo diuisio ī morte fuit anime vel carnis a verbo.

DI XXI

Post pdicta

cōsiderandum est. vtrum in morte a verbo sit separata anima vel caro Quidam putauerūt carnem. sicut ab anima ita a diuinitate in morte fuisse diuisaz Si eñ inquiunt aīa media / diuinitas sibi carnem vniuit. sicut superius pretaxatum est. ergo qñ diuisa est caro ab anima / diuisa est etiaz a diuinitate. qz non potuit ab anima se iungi. per quā a verbo erat vnita / quin a verbo diuideretur. Fuit autem diuisa ab anima ī morte alioquin vera moz ibi nō fuissz Quia vt ait aug. moz quam timēt homines seperatio est aīe a carne Moz autem quam non timent / separatio anime a deo est. Utraqz vero diaboli sua fu homini ppinata est. Si ergo in xpo hoie vera moz fuit / diuisa est ibi aīa a carne. At per hoc diuinitas a carne / huic sue pbabilitati addunt autozitatis testimoniū Ambro. eñ tractans de xpi derelictione qui in cruce voce magna clamans dixit. de⁹. deus me⁹. vt qd me dereliquisti ait. clamat homo separationem diuinitatis mortuus. Nam cū diuinitas mortis libera sit / vtiqz moz ibi esse nō poterat / nisi vita discederet quia vita diuinitas ē / hic videtur tradi / q diuinitas separata sit in morte ab homine. Que nisi discessisset homo ille mori non posset. Quod illi ad carnem referunt quam dicunt a deo separatazz Quibus rūdemus illam seperationem sic esse accipiendam / sicut intelligit derelictio que illis verbis significatur. vt quid me dereliquisti. Quomodo ergo xps derelictus erat a patre. cum in cruce derelictum se clamabat. Nō recesserat deus ab hoie ita q esset soluta vnio dei et hominis. Alioquin fuit quoddaz tempus quando xps adhuc viuus homo erat z non deus / qz adhuc viuus se derelictum clamabat. non derelinquendum. Si ergo illa derelictio vnionis intelligatur solutio / añ facta fuit solutio dei z hominis / qz xps mortuus essz Sz quis hoc dicat. Fateamur ergo deum qd ammodo illum hoiem in morte deseruisse qz potestati persequentium eū exposuit ad tempus nō suam potentiā exercendo illuz defendit / vt non moreret. Deperauit se diuinitas / qz subtraxit ptectionem. ꝗ non soluit vnionem Depauit se foris. vt non adesset ad defensionem. ꝗ non intus defuit ad vnionem. Si nō ibi cohibuisset potentiam. ꝗ exercuisset / non moreret xps Mortuus est xps / diuinitate recedente. i. effectum potentie defendēdo non exhibente. Sic est hircus apopompeyus q̄ altero hyrco immolato in solitudinem mittebatur / vt legitur in leuitico Duo enim hirci humanitas. z diuinitas xpi intelliguntur. humanitate ergo immolata / diuinitas xpi in solitudinē abiit. i. in celuz. Unde esicius in solitudinē id est in celum / tempore passionis diuinitas abiisse dicitur nō locum mutans sed quodammodo virtutem cohibens. vt possent impij psummare passionem Abiit ergo. i. virtutem cohibuit z portauit iniquitates nostras. non vt haberet sed vt psumaret. deus eñ ignis cōsumens est Ex his satis ostenditur premissa verba ambrosij sic esse accipienda vt prediximus.

Opinio quorundā asserentium carnez a deitate diuisā

Aug⁹. sup ps xvij.

Auctez inducunt Ambro. in expositōne psalmi.

Responsio.

Esicius sup leuiticum.

Aliam inducunt autozitatem

Alij quoqz auctozitati innituntur

qui asserunt diuinitatem in morte recessisse ab homine scōm carnē. Ait eñ athana. Maledictus q̄ totum hoiem quem assumpsit dei filius denuo assumptum vel liberatum tercia die a mortuis resurrexisse / nō confitet fiat fiat. Si inquiūt denuo assumptus est homo in resurrectione quez assumpserat in incarnatōne / deposuit ergo cū in morte seperata ergo fuit diuinitas ī morte ab humanitate. Quibus respondemus q si in his verbis assumptio talis intelligatur. que fit secundū vnionē non carnem tantum. ꝗ totum hominez

Athanasius.

Qualiter de hac auctē argumentandū pcedunt.

id est animam ⁊ carnem/denuo sibi vniuit in resurrectione/qa nõ simpliciter hominem/sed totum hominem assumptum dicit Totum ergo hominẽ in morte deposuit. i. animam et carnẽ. Sed quis nisi hostis veritatis dicat animaz a verbo depositam. Et tamen nisi hoc fateant q̃ totus homo sit assumptus ñ proeis facit illa autoritas que totum dicit assumptũ. Sciendus ẽ ergo athanasium id dixisse ꝓtra illorum perfidiã qui resurrectionem xp̃i negabant. putantes in morte detineri eum qui solus inter mortuos liber est. Ideo illuz male dicit. qui non ꝓfitetur totum hominem denuo assumptum resurrexisse. i. xp̃m animam denuo corpori ꝓiunxisse et in illis duobus denuo ꝓiunctis in resurrectione vere secundum hominẽ vixisse sicut ante mortem. Nam in morte seperata est anima a carne. Unde vere dicitur xp̃s mortuus. sed neutrum separatum est a verbo dei.

Determiatio auctoritatis.

Autoritatibus astruit a verbo carnem in morte non esse diuisam.

Sicut aug̃. sup iohannem docet. tractans illud domini verbum. Ego pono animam meam vt iterum sumam eam. Nemo tollit eam a me. sed ego ponam eam a meipso potestatem habeo ponẽdi eam ⁊ iterum sumendi eã. Hic animam dicit emissaz A quo emissa est. a seipsa nõ est emissa qz seipsam non posuit. nec verbum animam posuit vel carnẽ. Caro ergo animam posuit. sed potestate in se manentis deitatis. Potẽtia ergo deitatis anima diuisa est a carne. ꝗ neutrũ a verbo dei. Unde aug̃. Verbum ex quo suscepit hominem. i. carnem et animam nunq̃z deposuit animam vt esset anima a verbo separata. sed caro posuit animam q̃ expirauit. qua redeunte surrexit. Mors ergo ad tempus carnẽ ⁊ animam separauit. ꝗ neutrum a verbo dei. Caro ergo ponit et sumit aiam nõ potestate sua/sed potestate in habitantis carnem deitatis. Hic euidenter traditur nec animam nec carnem a verbo dei in morte esse diuisaz. vt aliquo modo soluta fuerit vnio. Unde aug̃. contra felicianum Absit vt xp̃s sic senserit mortem vt quantum in se est vita. vitã perdiderit. si em̃ hoc ita esset vite sonaruisset. Sensit ergo mortem ꝑticipatione humani affectus/quem sponte susceperat. nõ nature sue perdidit potentiam/per quã cuncta viuificat. Hic in sepulcro xp̃s carnem suam cõmoriendo nõ deseruit. sicut in vtero vẽginis ꝓnascendo formauit. Mortuus ẽ ergo. nõ discedente vita. sic̃ passus est. nõ ꝑeunte potentia. nemo tollit aiaz eius ab eo qz potestatem habet ponendi ⁊ sumẽdi Ecce et hic habes xp̃m non deseruisse carnẽ in morte. ⁊ vitam non discessisse a mortuo. et q̃ sponte tradidit spiritũ nõ alius extorsit Unde ambro. Emisit xp̃s spiritum. et tũ quasi arbiter crucẽdi suspendendiq̃z corporis. Emisit spiritum nõ amisit. pendebat in cruce/et oia commouebat. Sed vnõ emisit? ex carne. Quo emisit? ad patrem.

Aug̃. sup Io

Ambro' in li. iij. de spiritu sancto.

Qua ratione christus dicitur mortuus et passus.

Recedẽte vero anima mortua est xp̃i caro. et quia caro mortua est/mortuus est xp̃s Sicut em̃ mortuus dicit deus. q̃ mortuus ẽ homo/ita mortuus homo dicitur. quãdo mortua est caro. Separatio aie mors carnis fuit Propter carnez ergo vnitã verbo. q̃ mortua est. dicitur deus mortuus. ⁊ ꝓpter carnem ⁊ aiam que vtraq̃z dolorem sentit dicit deus passus. cũ diuinitas oĩs doloris exsors existeret. Unde aug̃. verbum caro factũ est. vt ꝑ carnem panis celestis ad infantes transiret. et secunduz hoc ipsum vbum crucifixum est. ꝗ non est mutatum in hominem. homo in illo mutatus est. vt melior fieret q̃z erat Per illõ ergo q̃ homo

Aug̃. sup ps̃

erat/mortuus est deus. et per illud q̃ deus erat/homo excitatus est. ⁊ resurrexit. Quidquid passus est homo/ non potest dici non passus est deus quia de' erat homo. Quomodo nõ potes dicere te non possum iniuriam/si vestes tua cõscindatur. quãuis vestis tua non sis tu. Multomagis ergo quidquid patitur caro vnita verbo/debet dici deus patiliczverbũ nec mori/nec corrumpi. nec mutari potuerit. Sed quidquid horũ passus est/in carne passus ẽ. De hoc etiam Ambrosius in libro tertio de spiritusancto ait. Nõ verbi caro patiebat. manens in carne vbum in se. ꝑ corpis assũptione referebat vt pati diceret qz caro patiebatur sicut scriptũ est xpo in carne passo. Hic docet qua ratione deus vel dei filius passus vel mortuus dicitur. non quia mortem senserit inquãtum deus est/sed qz caro ei vnita/mortua est. Secundum quã rationem dicit aug. Si quis dixerit atq̃ crediderit filium dei deũ passum anathema sit. Cuius dicti causaz ex qua intelligentia sumenda est aperiens. in eodẽ subdit. Si quis dixerit q̃ in passione dolorez sentiebat filius dei deus ⁊ non caro tantũ cũ anima quaz sibi acceperat/anathema sit. Sane ergo dici potest q̃ mortuus est deus/et non mortuus passus est dei filius/et nõ passus. passa est tercia psona/et non passa. crucifixum est verbum/non crucifixũ. ꝑ secundum alterã naturã passus est/scõm alteram impassibilis. Unde ambro. Generalis ista ẽ fides. quia xps est dei filius/et natus ex vgine. quem quasi gigantẽ ppheta describit. eo q̃ biformis gemineq̃ natura vnus sit psors diuinitatis ⁊ corpis. Idem ergo patiebatur. ⁊ nõ patiebatur/moriebatur. et non moriebat. sepeliebat/et non sepeliebatur. resurgebat/et nõ resurgebat. Resurgebat secundum carnem que mortua erat. non secundum verbuz/quod aput deum sẽper manebat.

Ambro. in li. iij. de spũsancto.

Si christus in morte fuit hõ.

Hic queritur/vtrum in illo triduo mortis xps fuerit homo. quod non videtur quibusdam/quia mortuus erat. et homo mortuus non est homo. Addũt etiam q̃ si tunc erat homo vel mortalis vel ĩmortalis ꝑ mortalis nõ. qz mortu' nec ĩmortalis/quia tm̃ post resurrectionem. Quibus respondemus quia licet homo mortuus fuerit/erat tm̃ in morte deus homo nec mortalis quidez nec immortalis/et tamen vere erat homo. Illi enim et huiusmodi argutie in creaturis locum habent. sed fidei sacramẽtum a philosophicis argumentis est liberum. Unde ambro. aufer argumenta vbi fides queritur. In ipsis gimnasijs suis iam dialetica taceat. piscatoribus creditur/nõ dyaleticis. Dicim' ergo in morte christi deum vere fuisse hominem/et tamen mortuum. et hominem quidem. nec mortalem/nec immortalem quia vnitus erat anime ⁊ carni seiunctis. Alia enim ratione/dicitur de' homo vel homo deus/q̃ martinus vel iohannes. Homo enim dicitur deus et econuerso/ppter susceptionem hominis. i. anime ⁊ carnis. Unde augusti. Talis erat susceptio illa/que deum hominem faceret/⁊ hominem deum. Cũ g̃ illa susceptio/per mortez non defeceret/sed deus homini ⁊ homo deo. sicut ante vnitus erat vere et tũc deus erat homo et econuerso. quia vnitus erat anime et carni et homo mortuus erat. qz anima a carne diuisa erat propter separationem anime a carne mortuus. sed propter vtriusq̃ semper secum vnionẽ homo. Non autez sic erat homo/vt ex anima et carne simul iunctis subsisteret. Ex qua ratione dicit aliquis alius homo et ipse forte ante mortem. hoc etiam modo erat homo ⁊ post resurrectionem fuit. In morte vero homo erat tãtum propter anime et carnis secum vnionem/⁊ mortuus/propter illa duo diuisionem.

DI. XXII.

Opinio quorundam.

Risio qua cõfirmant q̃ homo et qualit.

Amb.

Aug.

Si christus in morte erat homo/alicubi et si vbicunqz est homo sit.

Hic queritur si

xps in morte alicubi erat homo. et si vbicunqz est homo sit/ Ad quod dicim? quia non vbicunqz erat. hō erat/nec modo vbicunqz est/homo est. qz vbiqz est/secundū deitatez. nec vbi est homo quia non vbiqz homini vnitus. ꝗ vbicū qz est secunduz hominem ibi homo est. tempore aūt mortis/et vbiqz erat secū dum deum. et in sepulcro secunduz hominem. et in inferno secundum hominem. sed in inferno secundum animam et in sepulcro secundum carnez. et in sepulcro ergo erat homo/qz humanitati vnitus erat et si non toti/quia carni tātum et in inferno erat homo/quia hūanitati vnitus. sed non toti quia anime tm̄. Sed si in inferno anime tantum et in sepulcro carni tm̄ vnitus erat/ergo nec in inferno vnitus erat aīe et carni nec ī sepulcro. Quō ergo ibi vel hic homo esse dicitur que est ratio dicti? qa vna eademqz vnione vnitus erat aīe in inferno et carni in sepulcro. Et sic erat illis duobus tunc sepatis vnitus/sicut ante sepationem. i. ante mortem. Ad hoc aūt opponitur. Si xps animam tātum vel carnem tantum assumpsisset/non fuisset verus homo. sed ꝓpter vtriusqz assumptionē verus homo fuit Sic ergo vbi carnem et animam sibi vnitā non habebat. verus homo ibi nō erat. Sed tempe mortis nusq̄z illa duo vnita habebat. quia nec in sepulcro. nec ī inferno. nec alibi nusq̄z. ergo erat homo. Ad quod dicimus quia xps vtiqz verus homo non fuisset/si carnem z animam non assumpsisset. Sed tamen quia ex quo assumpsit. neutrum deposuit. Sed cum vtroqz eandem vnionez indesinenter tenuit/quam assumendo contraxit. Ideo non incongrue vbicū qz anime vel carni vel utriq̄ vnitus est ibi homo esse dicitur. quia ibi humanatus est. ergo et in sepulcro erat homo. et in inferno erat homo. quia vtrobiqz cum humanatus erat xps. z vnaz eandemqz cum anima et carne/licet separatis/habebat vnionem et vno eodē qz tempore in sepulcro iacuit christus. et ad infernum descendit. sed in sepulcro iacuit. secundum solam carnem. et in infernum descendit/secumdum solā animam. Unde aug. quis non est derelictus in inferno? christus. sz in anima sola quis iacuit in sepulcro? xps. sz in carne sola. qa in his singulis xps est. xpm in his omnibus et in singulis confitemur. Ex his euidenter ostenditur q̄ carni iacenti in sepulcro vnitus erat xps sicut anime in inferno Alioquin si carni mortue non esset vnitus/nō in ea diceretur iacuisse in sepulcro. Anima ergo ad infernū descendit. caro in sepulcro iacuit. sapientia cū vtroqz pmā sit/quia in inferno positis vt ait amb. lumen vite fundabat eterne. radiabat illic lux vera sapientie. illuminabat infernū/ꝗ in inferno nō caludebat Quis em̄ locutus ē sapientie/de qua scriptū est. Nescit hō vias eius/nec inuenta ē inter hoies. De qua abissus dicit/non est in me. mare dicit. nō est mecuz ergo nec in tempe/nec in loco sapientia est cui nec mors tribuēda est. In ligno em̄ caro non illa operatrix omnium substātia diuina pendebat. Confitemur tam̄ xpm pependisse in ligno et iacuisse in sepulcro sed in carne sola. z fuisse in inferno. sed in anima sola.

Ratio cause vel redditio.

Aug sup Io

In tercio li. de spūsancto.

Qz cristus vbiqz totus est. sed non totum vbiqz totus est hō vel deus/sed non totum.

Cristus vtiqz to

tus eodez tempe erat in inferno tot' in celo/totus vbiqz. psona em̄ illa eterna nō maior erat/vbi carnez z aīam simul vnitam sibi habebat. q̄z vbi alterum tātum/nec maior erat vbi vtrunqz simul vel alterum tantum vnituz habebat q̄z

vbi erat neutrum habens vnitum. Totus ergo cristus ⁊ perfectus vbicq; erat

Aug. ⁊ contra felicianũ in expositione fidei.

Unde aug. Non dimisit patrem christus / cum venit in virginem / vbicq; totus / vbicq; perfectus. Uno ergo eodẽcq; tempore totus erat in inferno / totus in celo. Erat apud inferos resurrectio mortuorum / erat super celos vita viuẽtium / vere mortuus / vere viuus ĩ quo et mortem susceptio mortalitatis excepit / et vitam diuinitas non perdidit. Mortem ergo dei filius. et in anima nõ pertulit / et in maiestate non sensit. sed tamen participatione infirmitatis rex glorie crucifixus est. Ex his apparet / q; xp̃s eodem tempore / totus erat in sepulcro / totus in inferno. totus vbicq; sicut et modo totus est vbicunq; est / ꝗ non totum nec in sepulcro. vel in inferno totũ erat. ⁊ si tot⁹ sic xp̃s / tot⁹ ẽ deus. et totus homo / sed non totum. quia non solum est deus vel homo. sed et deus et homo. Totum em̃ ad naturam refertur. totus autẽ ad ypostasim sicut aliud et aliquid ad naturam. ali⁹ vero et aliquis ad personam referũtur

Io. damas.

Unde iohã. dama. totus xp̃s est deus perfectus. non autem totum deus est. Non enim solum deus est. sed et homo et totus homo perfectus. non autem totum homo. non solum enim homo. sed et deus. Totum em̃ nature est repreſẽtatiuum. Totus autem ypostaseos sic aliud quidem est nature. alius autem ypostaseos et sic huiusmodi.

Si ea que dicuntur de deo vel de filio dei. possunt dici de homine illo vel de filio hominis

Bolet etiaz queri si congruenter dici possit filius hois vel ille homo descẽdisse de celo vel vbicq; esse. sicut dicitur filius dei vel deus de celo venisse et vbicq; esse. Ad quod dicimus si ad vnitatez persone referat dicti intelligentia / sane dici põt Si vero ad distinctionem naturaruz nullatenus concedendum est. Unde aug. vna persona est xp̃s. deus. ⁊ homo. Ideo dicitur nemo ascendit in celuz / nisi qui de deo descendit ⁊c̃ Si ergo attendas distinctionem substantiaz / filius dei descendit et filius hominis crucifixus est Si vero vnitatem p̃sone. ⁊ filius hõmis descendit / et fili⁹ dei est crucifixus propter hanc vnitatem persone / non solum filium hominis descendisse de celo sed etiam dixit esse in celo / cum loqueretur in terra. propter hanc eandez dicitur deus glorie crucifixus. qui tamẽ ex forma serui tantum crucifixus est. Non tamen secundum hoc q; deus glorie est. secundũ q; glorificat suos. ⁊ tamẽ dicitur deus glorie crucifixus. Recte quidem nõ ex virtute diuinitatis. sed ex infirmitate carnis. Quid ergo ꝓpter quid. et quid secundũ quid dicatur / prudens et diligẽs et pius lector intelligat. Hec de corrigia calciamenti dominici dicta sufficiant ne ossa regis ydumee p̃summantur vsq; in cinerem.

Aug. in libro de trinitate.

Si cristus habuerit fidem et spem vt caritatem.

QUm vero supra prohibitum sit / cristus plenum gratia fuisse non est superuacuum inq̃rere vtrum fidem et spem sicut caritatem habuerit. Si enim his caruit. non videtur plenitudinẽ gratiarum habuisse. Ut autem hec questio valeat apertius explicari / de his singulis aliqua in medium proferenda sunt. et p̃mum de fide. secundum mensurã cuius precipit apostolus vnicuiq; sapere.

OI. XXIII.

De trib⁹ hic tractandus est et p̃us de fide

Quid sit fides.

Fides est vtus qua creduntur que non videntur. Nõ tamen nõ de omnibus que non videnꝯ accipiendum est. sed de his tantum q̃

Aug in encb

credere vt ait aug. ad religionem pertinent. Multa em̃ sunt que si cristian? ignozet / nichil metuendũ est / quia non ideo a religione deuiat.

Quot modis dicitur fides.

Aug in. iij. libro de trini.

Accipitur autez fides tribus modis scz pro eo quo creditur et est virtus. et pro eo quod creditur et non est virtus et pro eo q̃ creditur quod aliud est ab eo quo creditur. Unde augus. inquit. Aliud sunt ea que creduntur. aliud fides qua creduntur. Illa em̃ in rebus sunt que vel esse vel fuisse vel futura esse dicuntur. Hec autem in animo credentis est ei tãtum ꝓspicua cuius est. et tamen nomine fidei censetur vtrumq̃. et illud scz quod creditur. et id quo credit. Id qd̃ creditur. dicitur fides sicut ibi hec est fides catholica quam nisi quisq̃ fideliť firmiterq̃ crediderit saluus esse nõ poterit. Fides autem qua dicitur si cum caritate sit virtus est. qz caritas vt ait Ambrosius mater est omnium virtutũ que omnes informat. Sine qua nulla vera virtus est. fides ergo operãs per dilectionẽ virtus est / qua non visa creduntur / hoc est fundamẽtum quod mutari non potest vt ait apostolus. Que posita in fundamento neminem perire sinit. Unde agustinus fundamentũ est cristus ihesus id est christi fides scilicz que per dilectionem operatur. per quã christus habitat in cozdibus. que neminem perire sinit. Alia vero non est fundamẽtum. Fides enim sine dilectione in anis est. Fides cum dilectione cristiani est. Alia demonis est. Naz et demones / credunt ⁊ ꝓtremiscunt. Sed multum interest. vtrum quis credat christum vel in cristo vel in cristum. nam ipsum esse christũ demones crediderunt / nec tamen in xp̃m crediderunt.

Ambro. sup epla ad Ro

Aug. de fide ad petrum.

Quid sit credere deo. vel deũ vel in deum.

Aliud ẽ enim credere in deum. aliud credere deo / aliud credere deum. Credere deo est credere vera esse que loquimur. qd̃ et mali faciunt. et nos credimus homini. sed ñ in hominem. Credere deum est credere q̃ ipse sit deus / quod eciam mali faciunt. Credere in deum est credendo amare / credendo in eum ire / credendo ei adherere et eius mẽbris incorporari. per hanc fidẽ iustificatur impius. vt deinde ipsa fides incipiat per dilectionem operari. Ea em̃ sola bona opera dicenda sunt. que fiunt per dilectionem dei. Ipsa enim dilectio opus fidei dicitur. Fides ergo quam demones et falsi cristiani habent / qualitas mentis est ꝑ informis / quia sine caritate ẽ. Nã et malos fidem habere cum tamen caritate careant / apostolus ostendit dicens Si habuero omnem fidem / caritatem aũt nõ habuero ⁊c. Que fides etiã donum dei dici potest / quia ⁊ in malis quedam dei dona sunt.

An illa informis qualitas mẽtis que in malo cristiano est. fiat virtus cũ sit bonus.

Si vero queriť vtrum illa informis qualitas. qua malus cristianus vniuersa credit que bonus cristianus / accedente caritate remaneat et fiat virtus. an ipsa eliminetur et alia qualitas succedat / que virt? sit. vtrumlibet sine periculo dici potest Michi tamẽ videtur. q̃ illa qualitas que prius erat / remaneat. et accessu caritatis virtus fiat.

Ex quo sensu dicať vna fides.

Cunqz diuersis modis dicatur fides / fatendum est tamen vnã esse fidez. vt ait apostolus vn? dominus. vna fides. Siue enim fides

accipiatur pro eo quod creditur. siue p eo quo creditur / recte dicitur fides vna. si pro eo quod creditur accipiat. Ex hac intelligentia dicitur vna fides qua idem iubemur credere. ⁊ vnuz idē qz est / quod creditur a cunctis fidelib⁹ Unde fides catholica dicitur idest vniuersalis. Si vero accipiatur fides pro eo quo creditur ea ratione vna dicitur esse fides / non quia sit vna numero in omnibus / sed genere id ē similitudine. Aug. Unde aug. in libro tredecimo de trinitate fides quam qui habēt fideles vocantur / et qui non habent infideles / cōmunis est omnibus fidelibus / sicut pluribus hominibus facies communis esse dicitur. cum tamen singuli suas habeant Non enim fides in numero est vna sed genere. Que cum sit in vno est et in alīs. non ipsa / sed similis et propter similitudinē / magis vnam dicimus esse qz multas. sicut idem volentium dicitur vna voluntas. cum tamen cuicz sit sua voluntas. et duorum similimorum dicitur facies vna.

Quid sit fides de his que non videtur ppzie. que tamē videtur ab eo in quo est.

Notanduz quoqz est / q fides ppzie de non apparentibus tantum est. Unde gregorius. Gregorius. Apparentia non habent fidem sed agnitōnem. Idem cum paulus dicat fides est substantia rerum sperandarum argumento non apparentium. hoc veraciter dicitur credi / quod non valet videri. Nam credi iam non potest / quod videri potest. Thomas aliud vidit / et alīd credidit. hominem vidit / et deum confessus est dicens. deus meus et domin⁹ meus. De hoc etiam Augustinus ait. fidem ipsam videt quisqz in corde suo esse si credit. vel non esse si non credit. non sicut corpora que videmus oculis corporis. et per ipsorum imagines qs memorie tenemus / etiam absentia cogitamus / nec sicut ea que non videm⁹ et ex his que videmus cogitatione vt cunqz formamus et memorie commendamus / nec sicut hominem. cuius animam et si non videmus ex nostra coniecimus / et ex motibus corporis hominem sicut videndo didicimus / intuem̄ etiam cogitando. Nō sic videtur fides in corde in quo est / ab eo cuius est. sed eam tenet certissima scientia. Cum ergo ideo credere iubeamur quia id qd̄ credere iubemur videre non possumus ipsam tamen fidem qm̄ est in nobis / videmus in nobis / quia et rerum absentium / presens est fides. et rerum q̄ foris sunt intus est fides / et rerum que non videntur / videtur fides Et ipsa tēporaliter fit in cordibus hominum. et si ex fidelib⁹ infideles fiunt perit ab eis hīs verbis euidenter traditur fidez ipsam in corde hominis ab ipso homine videri / non corporaliter. non imaginarie. sed intellectualiter / ⁊ ipsam tamen absentium et eorum que nō vident esse Ut em̄ augustinus alibi ait. credimus cognoscamus. nō cognoscimus. vt credamus. Aug. sup ciprianum. Quid em̄ est fides nisi credere quod non vides. Fides ergo est quod ñ vides credere. veritas q̄ credidisti videre. Unde recte fides dicitur argumētum vel ꝓiunctio rerum non apparentū Quia si fides est ex eo conuincitur ⁊ ꝓbatur aliqua esse non apparentia. cum fides non sit nisi de nō apparentibus.

Descriptio fidei.

Sit enim apostolus. fides est substantia rerum sperandarum argumentum vel cōiunctio non apparentium Quia per fidem subsistūt in nobis etiam modo speranda. ⁊ subsistent in futuro per experientiaz. et ipsa est ꝓbatio et ꝓiunctio non. apparentium. Quia si quis de eis dubitet per fidem ꝓbentur. vt adhuc probatur futura resurrectio. quia ita crediderunt patriarche et alī sancti. Uel probatio est et certitudo q̄ sint aliqua non appa/

rentia / vt supra dictum est. proprie autem fides dicitur substantia rerum sperandarum / quia sperandis substat. et quia fundamentum est bonorum quod nemo mutare potest.

¶ Si illa descriptio spei conueniat.

Si vero queritur

an hec descriptio spei conueniat / sane concedi potest vtrumlibet. Si autem dicatur conuenire / sunt et alia plura quibus differunt fides et spes. sed non improbe dici potest / soli fidei conuenire / nõ spei quia fides sola fundamentum dicitur. non quia fides virtus possit esse sine spe et caritate. Unde augusti. fides operans per dilectionem / vtiq; sine spe esse non potest. Nec amor sine spe. nec sine amore spes / nec vtrunq; sine fide. et fides sine amore nichil prodest. Potest tamen credi aliquid quod non sperat. nichil aũt potest sperari quod non credit. Ideoq; credere quod est actus fidei. naturaliter precedit sperare quod est actus spei. quia nisi aliquid credatur / nõ potest sperari. Creditur autem quod non speratur. Inde est quod in scriptura plerunq; reperitur q̃ fides precedit spem et spes sequitur fidem. non q̃ virtus fidei precedat virtutez spei tempore. vel causa. sed quia actus fidei naturaliter p̃cedit actum spei. quod etiam quidam procedunt de ipsa virtute fidei vt naturaliter p̃cedat spem / nõ tempore. Unde et recte ea sola dicitur fundamentum omnium virtutum et bonorum operum. Non autem fundamentum ẽ caritas / quia non ipsa caritatis / ꝗ caritas ipsius vtutis fidei causa ẽ. Caritas em̃ causa est et mater omnium virtutũ. Que si desit. frustra habentur cetera. Si aũt adsit habentur omnia. Caritas enim spiritussanctus est vt in superioribus pretaxatum est. Ipsa est ergo causa omnium virtutum. nõ ipsius aliqua virtutum causa est. qua omnia munera excellit. Unde aug. Respice ad munera ecclesie. ⁊ vniuersis excellentius caritatis munus cognosces. que vt oleum non potest premi in vmo sed superexilit. Non ergo eius causa vel fundamẽtum fides est Greg. tamẽ super ezechielem dicit. quia nisi p̃us fides teneatur nullatenus ad spiritualem amorem attingitur. Non enim caritas fidem. sed fides caritatẽ p̃cedit. quia nemo põt amare / qd̃ nõ crediderit sic nec sperare. Sz hoc accipi põt esse dictũ de fide / q̃ vtus non est. Ipsa enim spem ⁊ caritatem frequenter precedit. vel de actu fidei qui forte naturaliter actum caritatis precedit. sicut actum spei. Quod ṽba premissa diligenter notata innuunt ⁊ ea etiam que addit dicens Nisi ea inquit que audis credideris / ad amandum ea que audis nõ inflamaris. Que tantum de non visis est / vt ante dixim̃. Unde Criso. Fides in anima nostra facit subsistere ea que non videnẽ. De quibus ꝓprie fides est. De visis enim non est fides sed agnitio.

Aug. in ench

Quare dz sola fides fundamentũ.

Aug. sup Jo

Greg.

Criso.

¶ Quomõ intelligit quod scriptum est cum factum fuerit credatis.

Hic queritur

si fides tantum de non visis est. quomodo veritas apostolis ait. Nunc dico vobis priusq; fiat vt cũ factum fuerit credatis. vbi innui videt q̃ fides illis fuerit d̃ factis ⁊ visis. Sup quo augustinus mouet questionez ⁊ absoluit ita inquiens. Quid sibi vult. vt cum factũ fuerit credatis. Nec est laus fidei. si quod creditur. nõ videtur. Nã et thomas cui dictum est. quia vidisti me credidisti. non hoc credidit. qd̃ vidit. Cernebat enim et tangebat carnem viuentem quam viderat morientem et credebat deum in carne ipsa latentem. Credebat ergo mente quod ñ videbat. per hoc quod sensibus corpis

OI. XXIIII.

Aug. sup Jo

apparebat. Si vero dicuntur credi. q̃ videntur sicut dicit vnusquisq̃ oculis suis credidisse: non ipsa est q̃ in nob edificatur fides. sed ex rebus que videnť agitur in nobis. vt ea credantur. que ñ videntur. Ex his aperte intelligitur. q̃ ꝓprie fides non apparentiũ est. Nec illa est fides. qua in christo edificamur qua dicimus vsitata locutione nos ea credere que videmus. Alibi tamen dicit aug. fidem esse de rebus presentib⁹ quod erit in futuro. cum ꝑ speciem deum presentem ꝓtemplabimur. que tamen non proprie dicitur fides sed veritas. Est inquit fides qua creduntur ea que non videntur. Sed tamen est etiam fides rerum. quando non verbis sed rebus ipsis presentibus creditur. Quod erit cum per speciem manifestam se cõtemplandam sanctis prebebit dei sapiẽtia. Sed non proprie hec dicitur fides immo fidei merces ad quam credendo puenietur vt ex fide verborum transeat iustus in fidem rerum.

Si petrus habuit fidem passionis quando vidit hominem illum pati.

Si vero queritť

vtrum petrum fidem passionis habuerit. cum hominem xp̃m oculis pati cernebat. dicimus eum fidem passionis habuisse / non in eo q̃ credebat hominem pati / quia hoc videbat. sed in eo q̃ credebat deum esse qui patiebatur / non em̃ virtus fidei erat q̃ credebatur homo pati et mori / quod iudeus cernens credebat. sed q̃ credebatur deus esse qui patiebatur Unde aug. super illum psalmi locum. Respondit ei in via virtutis sue / laus fidei est non quia credit hominem illum mortuum / quod et paganus credit. sed quia credit eum glorificatum / et verum deum. Credit ergo fides deum mortuum / et hominem glorificatũ. Non ergo fuit petro fides credere hominem illum mori / quod oculis cernebat. Sed credere deum esse / qui moriebatur. nec nobis etiam fides in hoc mereretur / q̃ credimus hominẽ illum mortuum quod et iudeus credit / sed quia credimus hominem deum mortuum.

Aug.

Si aliqua sciuntur que creduntur.

Post hoc queri

solet / cum fides sit de non apparentib⁹ / et non visis. vtrum etiam sit de incognitis tantum. Si em̃ de incognitis tm̃ est. De his videtur esse tãtum / que ignorantur. Sed sciendum est / q̃ cum visio alia est interior / alia exterior / non est fides de subiectis exteriori visioni. Est tamen de his que visu interiori vt cunq̃ capiuntur. et quedam vtiq̃ sic capiuntur / vt intelligantur / et si non vt ĩ futuro. quedam autem non quia cum fides sit ex auditu non modo exteriori. sed interiori non potest esse de eo quod omnino ignoratur. que ipsa ad sensum corporis non pertinet. vt ait aug. dicens. Quamuis ex auditu fides in nobis sit / non tamen ad eum sensum corporis pertinet / que dicitur auditus. quia non est sonus / nec ad vllum sensũ corporis. quoniam cordis est res ista ñ corporis. Quedam ergo fide credunť que intelliguntur naturali rõne. Quedam vero que non intelliguntur. Unde propheta nisi credideris non intelliges Quod aug. aperte distinguit. alia sunt inquit que nisi intelligamus non credimus. alia que nisi credamus non intelligemus. Nemo tamen potest credere in deum nisi aliquid intelligat / cum fides sit ex auditu predicationis. Idem in libro de trinitate Certa fides vt cunq̃ inchoat cognitionem. cognitio vero certa / non perficitur nisi post hanc vitã Ambro. quoq̃ ait. vbi fides nõ statim cognitio. vbi cognitio fides precedit. Ex his apparet aliqua credi que non intelliguntť vel sciũtur nisi ꝑ us credãtur

Aug.

Aug sup octo nariũ decimũ

Amb.

Quedam vero intelligi aliquando. etiam antecz credantur. Nec tamen sic intelliguntur modo / vt in futuro scient. et nunc etiam per fidem qua mundant corda / amplius intelliguntur. quia nisi per fidem diligatur deus / non mundatur cor ad sciendum eum. Unde aug⁹. Quid est deum scire nisi eum mente cõspicere. firmecz percipere. Sed et prius cz valeamus perspicere. et percipere deum / sicut percipitur a mundis cordibus nisi per fidem diligatur / non poterit cor mundari. quo ad eum videndum sit aptum. Ecce hic aperte habes quia non potest sciri deus / nisi prius diligẽdo credatur. Supra autem dictum est. quia nemo potest credere in deum nisi aliquid intelligatur. Unde colligitur / non posse sciri et intelligi credenda quedam / nisi prius credantur. et quedam non credi / ñ prius intelligant. et ipsa per fidem amplius intelligi. nec ea que prius creduntur cz intelligantur penit⁹ ignorantur cuz fides sit ex auditu. Ignorantur tamen ex parte / quia non sciuntur. Creditur ergo quod ignoratur ꝗ non penitus sic etiã amat. qd̃ ignoratur. Unde aug⁹. Sciri aliquid / et ñ diligi potest. diligi vero quod nescitur quero vtrum possit. Si non potest. nemo diligit deum antecz sciat. Ubi aũt sunt illa tria fides. spes. caritas. nisi in animo credente. quod nõdum scit / et sperante et amante quod credit. Amatur ergo et quod ignoratur / sed tamen creditur.

Aug⁹ in. viij. li. de trinita.

Aug⁹.

De fide antiquoz.

Oi. XXV.

Predictis adiciendum est de sufficientia fidei ad salutem. Illis em̃ qui precesserunt aduentum christi et qui sequũtur videt pfecisse fides secundum temporis pcessum. sicut profecit cognitio. Fides quippe magna dicitur cognitõne z articulorum quantitate vel pstantia et deuotione. Est autem quedam fidei mẽsura / sine qua nuncz potuit esse salus. Unde apostolus. Oportet accedentez credere / quia deus est et q̃ remunerator est sperantium in se. Sed queritur vtrum hoc credere ante aduentuz et ante legem. ad salutem suffecerit. Nam tempore gratie / pstat certissime hoc nõ sufficere. Oportet enim vniuersa credi que in simbolis ptinentur. Sed nec añ aduentum / nec ante legez videtur hoc suffecisse / quia sine fide mediatoris nullum hominẽ vel ante vel post fuisse salvum sanctorum autoritates ptestantur. Unde aug⁹. adoptatum. Illa fides sana est qua credimus nullum hominem siue maioris siue parue etatis liberari a cõtagiõe mortis et obligatione peccati / quod prima natiuitate cõtraxit. nisi per vnum mediatorem dei et hominũ ihesum christum. Cuius hominis eiusdemcz dei saluberrima fide / etiam illi iusti salui facti sunt qui priuscz veniret in carnem / crediderunt in carnem venturm. Eadem enim fides est et illorum et nostra. Proinde cũ oẽs iusti siue añ icarnatõez siue post nec vixerit nec vixerint. nec viuant nisi ex fide incarnationis christi. Profecto q̃ scriptum est nõ esse aliud nomen sub celo in quo oporteat saluari nos ex illo tempore / valet ad saluandum genus humanuz / ex quo in adam viciatum est. Idem. nemo liberatur a damnatione que per adaz facta est nisi per fidem ihesu christi. Idez eadez fides mediatoris que nos saluat saluos iustos faciebat antiquos. Pusillos cum magnis / qz sicut credimus cristum in carne venisse / ita illi venturuz et sicut nos mortuũ / ita illi moriturũ. et sicut nos resurrexisse / ita illi resurrecturum / et nos et illi ad iudicium viuorum et mortuorum venturũ. Greg⁹. super ezechielem. et qui preibant et q̃ sequebantur clamabant dicentes osanna filio dauid ꝛc. quia omnes electi q̃ in iudea esse potuerunt. siue qui nunc ĩ ecclesia sunt. in mediatorem dei et hominum crediderunt et credunt. His

Nõ sine fide mediatoris nuncz fuerit salus.

Aug⁹.

Aug⁹ in li. de correctione et gratia.

Aug⁹ in li. de nupcijs z de ꝓcupiscentia.

Greg⁹. super ezehielem.

alijsq; pluribus testimonijs perspicue docetur. nulli vnq; salutem esse factam nisi per fidem mediatoris. Oportet ergo accedentem credere que supra dixit apostolus. sed non sufficit.

De fide simplicium.

Quid ergo dicetur de illis simplicibus. quibus non erat reuelatus misterium incarnationis qui pie credebant quod eis traditum fuit dici potest nullum fuisse iustum vel saluum cui nõ esse facta reuelatio vel distincta vel velata in aperto. vl' in misterio. distincta vt abrahe et moysi. alijsq; maioribus qui distinctionem articulorum fidei habebant Velata vt simplicibus quibus reuelatuum erat ea esse credenda. que credebant illi maiores et docebant. sed eorum distinctionem apertam non habebant sicut in ecclesia aliqui minus capaces sunt. qui articulos simboli distinguere et assignare nõ valent. Omnia tamen credunt que in simbolo ꝓtinentur. Credunt enim qui ignorant habentes fidem velatam ĩ misterio. Ita et tũc minus capaces ex reuelatione sibi facta maioribus credendo inherebant quibus fidem suas quasi cõmittebant. Unde Job boues arabant et asine pascebant iuxta eos Simplices et minores sunt asine pascentes iuxta boues. quia humilitate maioribus adherẽdo in misterio credebant q̃ et illi misterio docebant q̃lis forte fuerat vidua sareptẽa.

Job.

Que ante aduentum christi de mediatore credere sufficiebant.

Sed queritur cum sine fide mediatoris antiquis nõ fuerit salus sicut nec modernis vtrum oportuerit illos credere omnia illa de mediatore. que nũc credimus. quibus dam videtur q̃ sufficerit illis quatuor tantum credere scz. nativitatem. mortem. resurrectionem. adventum ad iudicium. quod ex premissis verbis aug colligũt vbi ista quatuor posuit. Alijs autem videtur habita fide trinitatis id de misterio incarnationis fidei sufficisse ut dei filius crederetur nasciturus de homine et iudicaturus. Qui de iohanne baptista documentum huius rei assumunt. qui de morte cristi et descensu ad inferos in euangelio dubitasse videtur secundum expositionez greg. qñ interrogauit ꝑ discipulos. Tu es qui venturus es? an alium expectamus. Quasi es tu per teipsum descensurus ad infernum? an alium ad hec sacramẽta missurus es? Quidam tamen dicũt eum non dubitasse de ignorantia. sed de pietate. i. dubitare se ostendisse nõ quia ignorauit sed pietatis affectu compassum esse cristo et eius humilitatem ammirando insinuasse.

De fide cornelij.

Solet etiam queri de carnelio. vtrum fidem incarnationis habuerit cum dictum sit ei per euãgelium. accepte sunt elemosine tue. et exaudite sunt orationes tue. Si enim fidem incarnationis non habebat tunc ergo sine fide incarnationis erat ei iustícia. quia de illo scriptum est q̃ iust' erat timens deum. Si vero fidem ĩcarnationis habebat. ad quid ergo missus est ad eũm petrus. Vane dici potest eũ sicut fidem vnitatis. ita et incarnationis habuisse dei reuelatione. sed incarnatum iam esse dei filium ignorasse. et ideo missus est ad eum petrus. vt iam natum dei filium et adnunciaret. et sacramentum regenerationis ei ꝓferret. Habebat ergo fidem incarnationis. ꝑ an facta vel futura esset. non nouerat. et ita per fidem venit ad opera. et per opera amplius solidatus est in fide. Per fidem enim vt ait greg. venitur

ad opera. Cornelius etiam per fidem venit ad opera. Deum enim vnum credebat. sed filium eius nesciebat incarnatum Per fidem placuerunt deo opera eius. Sine fide enim impossibile est aliquem deo placere. Aug. vero dicit cornelio dictum esse per angelum. Accepte sũt elimosine tue ⁊ orationes tue antequam in cristo crederet / nec tamẽ sine aliqua fide donabat et orabat. Nã quomodo inuocabat. in quem non credebat. Sed si posset sine fide cristi esse salus / non ad eum mitteretur architectus ecclesie petrus. Attendite quid ait sine fide christi non posse esse salutem ⁊ tamẽ cornelium exauditum antequam crederet in christum. quod ita potest intelligi. scilicet antequam sciret christũ incarnatum / in quem credebat in misterio.

De qualitate fidei. spei. caritatis. ⁊ operis que secundum aliquid sunt equalia.

"Illud etiam nõ est pretermittendum q̃ fides spes caritas. et operatio / secundum aliquid eq̃lia sunt in presenti. Unde greg. Fidem / spem. caritatem. atq̃ operationem dum in hac vita viuimus equales sibi esse apud nos inuenimus. quia quãtum credimus tantum amamus. ⁊ quãtum amamus / tãtum de spe p̃sumimus Quisq̃ enim fidelis. tantuz credit quãtum sperat et amat. ⁊ tantum operatur quantum credit / et amat. ⁊ sperat Ez tamen maior spe ⁊ fide caritas dicitur quia cum ad dei speciem puenitur spes et fides transit sed caritas permanet. ⁊ quia caritas mater est omnium virtutum / que nõ ideo post fidem ⁊ spem ponitur / q̃ ex eis oriatur. sed post illa remanebit aucta / Caritas enim nunq̃ excidit. Premissa autem equalitas proprie secundum interiorum actuum intẽtionem consideranda est. Huic vero q̃ hic et superius dictum est / scz q̃ caritas non est ex fide et spe. sed econuerso videtur obuiare quod ait apostolus. finis precepti est caritas de corde puro ⁊ cõscientia bona. et fide non ficta. Quod exponens augustinus. cor accipit pro intellectu / et conscientiam pro spe Qual' inquit caritas est finis precepti. Procedẽs de corde puro. i. ꝺ puro intellectu vt nichil ñ deus diligat ⁊ ꝓscientia id est de spe bona / et fide non ficta / id ẽ simulata. Non ergo caritas fidem vel spem. sed fides et spes caritatem precedere videntur. Hoc ergo ea ratione traditum intellige. non q̃ fides et spes causa vel tempore caritatem omnium bonorum matrem precedant / sed quia caritas sine illis in aliquo esse non potest. sz illa sine caritate possũt esse Quãuis non sit pia fides vel spes sine caritate. Ideo ergo ex fide et spe procedere dicitur caritas quia nulli prouenit sine istis.

Greg.

Amb.

De spe quid sit.

Est autez OI. XXVI. spes virtus qua spiritualia et eẽna bona sperantur id ẽ cum fiducia expectantur Est enim spes certa expectatio future beatitudinis veniẽs ex ꝺi gratia et ex meritis precedentibus vel ipaz spem quaz natura preit caritas vl' rem speratam id est beatitudinem eternam. Sine meritis enim aliquid spera re non spes. sed presumptio dici potest

De quibus sit spes.

Et sicut fides / ita ⁊ spes ẽ de inuisibilibus vnde augustinus. fidez appellamus / earum rerum que non videntur De spe quoq̃ dicitur / spes que videtur nõ est spes. Quod enim videt quis quid sperat. quod attinet ad non videre vel que creduntur vel que separantur / fidei speiq̃ cõmune est. Distinguit

Aug̃ in ench

Quo differat fides et spes

tamen fides a spe sicut vocabulo ita irrationabili differentia. Est enim fides malarum rerum et bonarum/ quia ⁊ bona creduntur et mala/ et hoc fide bona non mala. Est etiam fides ⁊ ꝑteritarū rerum et presentium et futurarum. Credimus em̄ mortem christi. que iam preterīt/ credimus sessionem que nunc est Credimus venturū ad iudicandum qd futurum est. Item fides et suarum rerū est ⁊ alienarū. Nam et se quisq̄ credit esse cepisse nec fuisse vtiq̄ sempiternū/ et alia atq̄ alia. non modo de alīs hominibus multa que ad regionem pertinent/ verum etiam de angelis credim̄ Spes autem non nisi bonarum rerum est/ nec nisi futurarum et ad eum pertinentium. qui earum spem gerere perhibetur.

Redit ad premissam questionem scilicz an fides ⁊ spes in cristo fuerint.

Post hoc supest̄ inestigare vtruz fides ⁊ spes in xp̄o fuerint vnde tractatus iste sumpsit exordium Quibusdam non indocte videtur fidem virtutem et spem in eo non fuisse sicut in sanctis iam beatificatis vel in angelis non sunt. et tamen sancti credunt et sperant resurrectionem futuram/ et angeli eandem credunt/ nec tamen in eis fides vel spes virtus est. quia ⁊ do p speciē cōtemplando fruuntur/ et in dei verbo resurrectionem futuram siue iudicium non per speculum in enigmate/ sed preclarissime inspiciunt. Di em̄ quia credunt resurrectionem futuram/ ideo verum est eos fidem habere/ ergo ea ꝓsummata post iudicium similiter et fidez habere dicentur quia credent eā preteritam. sed sicut tunc credent/ nec tamen fidem que fideles facit habebūt quia non credent absq̄ scientia/ que ñ erit enigmatica sed per speciem/ ita et modo credunt et sperant resurrectionē nec tamen fidem habent quia credēdo cognoscunt. Venit enim eis quod perfectum est ⁊ euacuatuz est quod ex parte est. Venit em̄ cognitio et euacuata ē fides. Venit species/ et desūt spes. Ita et xp̄s in quo fuerunt bona patrie credidit quidem et sperauit resurrectōnem tercia die futuram/ pro qua ⁊ patrem orauit/ nec tamen fidem virtutez vel specie habuit quia non enigmaticā et specularem. sed clarissimam de ea cognitionez habuit. quia non perfecti eam cognouit preteritam q̄ intellexit futuram. sperauit tamen christus sicut in psalmo ait. In te domine sperauī. nec tamen fidem vel spem virtutez habuit. quia per speciem videbat ea que credebat. De antiquis vero patribus qui apud inferos vsq̄ ad passionem tenebantur nō incongrue dici potest q̄ fidem ⁊ spem virtutem habuerint. quia credebant et sperabant se visuros deū per speciem qualiter eum tunc non videbant. qz non patuit eis cognitio dei per speciem ante passionem xp̄i. Qua ꝓsummata a fide transierunt ad speciē

Di iusti apud inferos tēti fidem et spem baberunt.

De caritate qua diligitur deū et proximus que in christo et in nobis est.

DI. XXVII

Quam aūt christus fidem ⁊ spem non habuerit/ dilectionem tamen habuit inquantum homo. Tantā q̄ maior esse ñ valet. qui ex caritate eximia animam posuit pro amicis et inimicis. Habuit enim in corde caritatem quaz opere nobis exhibuit vt exhibitionis forma nos ad diligendum instrueret. Hic aliquid dicendum est de caritate/ et modo/ et ordine diligendi deū et proximum.

Quid sit caritas.

Caritas est dilectio qua diligit deus ꝓpt̄ se/ ⁊ ꝓxim̄

De duobus mãdatis karitatis.

propter deuz vel in deo. hec habet duo mandata. vnum pertinens ad dilectionem dei. quod est maximum in lege mãdatum / et alterum pertinens ad diligẽdum primum illi simile. Primum est diliges deum ex toto corde ex tota mente ex tota anima. Quod scriptum ẽ in deutronomio. Secundum est / diliges primum tuum / sicut te ipsum. In his duobus preceptis tota lex pendet et p phete. Finis enim precepti est dilectio et ea gemina. i. dei et primi est.

Si eadez caritate diligitur deus z primus.

Hic queritur. si ex ea ipsa dilectione diligitur deus qua diligitur proximus. an alia sit dilectio dei et alia primi. Eadem sane dilectio est. qua diligitur deus et primus qua spiritussanctus est vt supradictum est. quia deus caritas est. Unde augustin' Johannes ait. Non potest deum diligere quem non videt. qui fratrem quẽ videt non diligit. Sed si eum quem videt humano visu spirituali caritate diligeret. videret deum qui est ipsa caritas. visu intertori quo videri põt. Qui ergo fratrem quem videt non diligit / deum qui est dilectio qua caret qui fratrem non diligit. quomodo potest diligere? Ex vna eñ eademq caritate deum primumq diligimus. sed deũ pp ter deuz. Nos vero et proximum propter deuz. Si vero vna eademq caritas est dei et proximi / quare dicitur gemina? propter duo dilecta. i. deuz et primũ. et si vna sit caritas duo tamen diuersa ea diliguntur. scz deus et homo vel angelus. Pro quo etiam duo sunt mandata / quia cum eadẽ caritas vtroq cõmendetur / diuersa tamen diligi p cipiuntur. Unde augustinus Arbitroz ideo spiritumsanctum bis datum. semel in terra / et iterum de celo / vt commẽdarent nobis duo p̃cepta caritatis scz dei et proximi vna ẽ caritas et duo

Aug'. in li. viij. de trini.

Quare dicit caritas gemina.

Aug'. in smone d ascensione.

precepta vnus spiritus / z duo data q alia caritas non diligit primum / nisi illa que diligit deum. Qua ergo caritate proximum diligimus / ipsa deum diligimus. Sed quia aliud est deus aliꝰ est primus et si vna caritate diligunt ideo forte duo precepta dicuntur / z alterum maius / et alterum minus. vel propter duos motus qui in mente gerũtur. dum deus diligitur et proximus. Mouetur eñ mens ad diligendum deum. mouetur et ad diligendum proximum. et multomagis erga deum q̃ erga primum.

De modo diligendi.

Consequenter modum vtriusq dilectionis aduertam' Hec regula vt ait aug'. dilectionis diuinitus constituta est / vt deuz propter se ex toto corde et primum diligas sicẽ teipsum. i. ad quod et ppter quod teipsum diligere debes. In bono ergo z ppter deum teipsum diligere debes. In bono ergo diligẽdus est proximus non in malo et propter deum. Proximum vero omnem hominez oportet intelligi / quia nemo est cum quo sit operanduz male. Qui ergo amat homines vel quia iusti sunt vel vt iusti sint amare debet. hoc est in deo vel propter deũ Sic enim et seipsum amare debet. scz in deo vel propter deum. i. quia iustus est. vel vt iustus sit. Qui enim aliter se diligit. iniuste se diligit. quia ad hoc se diligit vt sit iniustus ad hoc ergo vt sit malus. nõ ergo iam se diligit. Qui eñ diligit iniquitatem odit animam suaz Modus ergo diligendi precipiendus est homini. i. quomodo se diligat / vt prosit sibi. Quin autem se diligat z p desse sibi velit. dubitare dementis est. Modus autem precipitur cum ait. sicut teipsum vt proximum diligas / ad quod teipsum. Si ergo te non propter te diligere debes. sed propter illũ vbi dilectionis tue rectissimus finis est.

Aug'. in li. de doctrina cristiana.

non succenseat alius aliquis homo / si et ipsum propter deum diligis. huius dilectionis modum veritas insinuat dicens. Mandatum nouum do vobis vt diligatis inuicem sicut dilexi vos. i. ad quod dilexi vos scilicet vt filij sitis et vitam habeatis.

De modo diligendi deum.

Dilectionis aũt dei modus insinuatur cuz dicitur ex toto corde. i. ex toto intellectu. ex tota anima id est ex tota voluntate. ex tota mente. i. memoria. Vt omnes cogitationes et omnem vitam et omnem intellectum in illuz conferas a quo habes ea que ꝓfers. Nec dicens nullam partem vite nostre reliquit que vacare debeat. sed quidquid venerit in animum illuc rapiatur quo dilectionis impetus currit et diligere deum propter se modus est diligendi deum. et sunt isti duo modi diligendi deum vt quibusdam placet.

De impletione illius mãdati

Illud autez preceptum non penitus impletur ab homine in hac mortali vita. sed ex parte nõ ex toto. quia ex parte diligimus sicut ex parte cognoscimus. In futuro aũt implebitur ex toto. Vnde aug. cuz ad huc est aliquid carnalis concupiscentie non omni modo ex tota anima diligit deus / caro autem non dicitur concupiscere nisi quia anima carnaliter concupiscit. Cum autem venerit qd̃ perfectũ est vt destruatur quod ex parte est id ẽ vt iam non ex parte sit sed ex toto / caritas nõ auferetur sed augebitur z implebitur. In qua plenitudine illud p̃ceptum caritatis implebitur. Diliges dominum deum tuuz ex toto corde zc̃ Tunc erit iustus sine peccato / qz nulla erit lex repugnans menti. Tunc proxsus toto corde. tota anima. tota mẽte. diliges deum quod est summum preceptum.

Aug. de pfecta iusticia.

Questio de precepti ratione.

Sed cur precipitur homini ista perfectio / cum in hac vita eam nemo habeat. Quia non recte curritur / si quo currendum est nesciat. Quomo autez sciretur / si nullis preceptis ostenderetur. Ecce habes cur illud preceptum est quod hic penitus impleri non potest. Impletur tamen ex parte sez secundum perfectionem vie Alia est enim perfectio currentis. alia perne nientis. facit hoc mandatum ut cursor qui deum ante omnia et pre omnibus diligit / nec temen omnino perficit.

Q̃ alterum mandatum in altero est.

Cum autez duo sint precepta caritatis pro vtroq; sepe vnum ponitur. nec immerito. quia nec deus sine proximo. nec proximus sine deo diligi potest. Vnde apostolus omne mandatum legis dicit instaurari. i. cõtineri et impleri ĩ hoc verbo diliges proximum tuum sicut teipsum. et ꝓ̃ps dilectionem ꝓximi specialius commemorat dicens. Mandatum nouuz do vobis vt diligatis inuicem sicut dilexi vos / vbi illud maius mandatum dilectionis dei videtur pretermissum. sz bene intelligentibus vtrunq; inuenitur in singulis. quia qui diligit deum non potest eum ꝓtemnere quem deus precipit diligi. et qui diligit proximuz quid in eo diligit nisi deum. Ipsa ẽ dilectio ab omni mũdana dilectione discreta Quã distinguens dominus ait. sicut dilexi vos. Quid enim nisi deuz dilexit in nobis. non quem habebamus sed vt haberemus sicut medicus egrotos et q̃d in eis diligit nisi salutem. quam cupit

Aug. sup Io

reuocare. Non morbum quez venit expellere. Hic z nos inuicem diligamus vt quantum possumus inuicem ad habendum in nobis deuz ex dilectione attrahamus.

Que caritate diligenda sint.

Sed que hac dilectione diligenda sint / iam inquiram? Non enim omnia vt ait augustinus q̃ / bus vtendum est diligenda sunt. sed ea sola que vel nobiscum societate quadã referuntur in deum / sicut est homo vel angelus vel ad nos relata. bñficio dei per nos indigent vt corpus quod ita p̃ cipiendũ est diligi / vt ei ordinate prudenterq̃ consulatur.

Aug. in li. de doctrina xpiana.

Si illo precepto iubemur diligere totum proximum z nos totos.

DI. XXVIII

Hic potest queri vtrum illo mandato dilectionis proximi. totum proximum id est animam et corpus nosq̃ ipsos totos diligere precipiamur. Ad quod dicimus omne genus diligendarum rerũ in illis duobus mandatis ꝓtineri. Quatuor enim diligenda sunt vt ait augustinus vnum quod supra nos est scilicz deus. Alterum quod nos sumus. Tercium quod iuxta nos est scilicet proximus Quartum quod infra nos est scilicet corpus. De secundo et quarto nulla precepta danda erant scilicet vt diligeremus nos vel corpus nostruz. Precipitur autem deus diligi z proximus Vt autem quisq̃ se diligat / precepto non est opus. Quantumlibet enim homo excidat a veritate / remanet illi dilectio sui et dilectio corporis sui. qz nemo vnq̃ carnem suam odio habuit Nã viri iusti qui corpus suum cruciant non corpus sed corruptiones eius et pondus oderunt. Hic videtur augustinus tradere. q̃ ex precepto non teneamur diligere nosipsos vel corpus nostrum. Quod si est non omne genus diligendarum rerum illis duobus preceptis continetur / cum et nosipsos et corpus nostrum diligere debeamus. ad quod necessarium est preceptum / cum scripturz sit. Qui diligit iniquitatem odit animam suam. Sed speciale de hoc preceptum non erat dandum / nec speciali precepto opus erat id tradi. vt quisq̃ se vel corpus suum diligeret / quia hoc in illo precepto continetur diliges proximum tuum sicut teipsum. Ibi enim et proximum totum / et te totum intelligere debes. Unde augustinus. in eodem si te totum intelligas id est animã et corpus et proximum totum id est animam et corpus. homo enim ex anima constat et corpore / nullum rerum diligendarum genus in his duobus preceptis pretermissum est. Cum enim p̃ currat dilectio dei / eiusq̃ dilectionis modus prescriptus appareat / z sequatur dilectio proximi / de tua dilectione nichil dictum videtur. Sed cum dictũ est diliges proximum tuũ sicut teipsum simul et tui. abs te dilectio pretermissa non est Ecce hic aperte dicit in illo precepto / non modo proximi / sed et mei dilectionem ꝓtineri et totius proximi z totiusq̃ mei. Ex quo apparet qd̃ dictum est de scdo z quarto. i. de dilectione nostri et corpis nostri / nulla precepta danda esse / ita esse intelligendum scz specialia et diuisa. qz in illo vno totum ꝓtinetur. et quia id qd̃ sumus / z quod infra nos est / ad nos tñ pertinens / nature lege diligimus que in bestijs etiam est. Ideoq̃ et de illo qd̃ supra nos est / et de illo qd̃ iuxta nos est. diuisa p̃cepta sumpsimus. In quoꝝ altero eius qd̃ sumus z illius qd̃ infra nos est dilectio ꝓtinetur. Hic condita est mens hũana vt nunq̃ sui nõ meminerit. nunq̃ se non intelligat. nunq̃ se non diligat sz quoniã qui odit aliquem noceri illi studet. non immerito z mens hominis qñ

Aug. in li. de doc. xpiana.

Aug.

sibi nocet se odisse dicitur. Nesciens enim sibi vult male. dum nõ putat sibi ob esse quod vult. sed tamen male sibi vult quando illud odit quod obsit sibi secundum illud. Qui diligit iniquitatem odit animam suam. Qui ergo diligere se nouit. deũ diligit. Qui vero nõ diligit deum etiam nõ se diligit. quod ei naturaliter inditum est. tamen non incongrue se odisse dicitur. cuz id agit quod sibi aduersatur / et seipsum tanq̃ suus inimicus insequitur.

Si illo precepto cõtinetur dilectio angelorum.

Qritur autem

hic de angelis questio / vtrum ad illud preceptum dilectionis proximi etiã dilectio pertineat angelorꝫ. Nam q̃ nullum hominez exceperit qui precepit ꝓximum diligere dominus in parabola seminiui relicti ostendit euz dicens proximum qui erga illũ extitit misericors Deinde subdit vade et tu fac similiter Vt enim eum proximum intelligamus cui vel exhibendum est officium misericordie si indiget. vel exhibendum esset si indigeret. Nullum vero exceptuz esse cui misericordie negandum sit officium. quis non videat. cum vsq̃ ad inimicos etiam porrectum sit. dominio dicente. Diligite inimicos vestros et benefacite his qui odiunt vos. Manifestum est ergo omnem hominem proximum esse deputandum. Proximi vero nomen ad aliquid est. nec quisquaz esse proximus nisi proximo potest. Unde consequens est / et cui prebendum z a quo prebendum est officium misericordie / recte proximum dici. Manifestum est ergo precepto dilectionis et proximi / etiam sanctos angelos contineri. A quibus tanta nobis misericordie impenduntur officia. Ex quo et dominus proximum se nostrum dici voluit. vt in parabola saucĩ ostẽdit et in

Quid sit proximus.

Q̃ angeli in illo pcepto continẽtur.

Q̃ etiam xp̃s proximus noster est ꝓm q̃ homo.

propheta. Quasi proximuz z quasi fratrem nostrum sic complacebam. sed q̃ excellentior ac supra nostram naturaz est diuina substantia preceptum dilectionis dei a proximi dilectione distinctum est. Ideoq̃ licet nobis deus omnia impendat beneficia non tamen nomine proximi includitur in illo precepto quem non sicut nos diligere debem' sed pluscq̃ nos toto corde et anima Cristum vero in quantum homo est / sicut nos diligere debemus. eiusq̃ secunduz hominem dilectio / illo continetur mandato quem etiam secundum hominem magis q̃ nos sed non quantum deum debemus diligere quia inquantum est homo minor est deo.

Quibus modis dicitur proximus.

Hic notandum

est proximum dici diuersis modis scilicet conditione prime natiuitatis. spe conuersionis. propinquitate cognationis. ratione beneficij exhibitionis.

De ordine diligendi quid prius quod post.

OI. XXIX.

Post poíc

ta de ordine caritatis agendum est. q̃a dicit sponsa. Introduxit me rex in cellã vinariam. et ordinauit in me caritatem Videamus ergo ordinem quid p̃us q̃d post esse debeat. Peccat em̃ qui prepostere agit. Nam scire quid facias / z ne scire ordinem faciendi / non est perfecte cognitionis. Ordinis nanq̃ ignorãtia ꝓturbat meritorum formaz. Ordinem aũt diligendi aug̃. insinuat dicens. Ipse est q̃ ordinatam habet dilectionẽ. ne autem diligat q̃d non est diligendum / aut non diligat. q̃d diligenduz est / aut

Aug̃. in li. de doct. xpiana

eque diligat. quod minus vel amplius diligendum est. aut minus vel amplius qd̄ eque diligendum est. Dis peccator inquantū peccator est. non est diligendus. et omnis homo inquantū est hō diligēdus est ꝓpter deuz. Deus vero ꝓpter seipm. et deus ꝓpter se omni hoie amplius diligendus ē et amplius quisq̄ deū debet diligere q̄ꝫ seipsum. Itē amplius alius hō diligendus est q̄ꝫ corpus nostruz / quia ꝓpter deum oia ista diligenda sunt et pōt nobiscum deo hominem pfrui / quod non potest corpus quia corpus per animaz viuit qua fruimur deo. Audisti aliqua de ordine caritatis vbi expressum est nos amplio debere diligere deū / q̄ꝫ omnes hoies vel nos ipsos. ⁊ amplius aiam alicuius hominis q̄ꝫ corpus nrm. In enumeratione etiam quatuor diligendoꝝ superius posita / prius ponitur qd̄ supra nos est Secundo quod nos sumus Tercio qd̄ iuxta nos est. Quarto quod infra nos est. vbi ordo diligendi insinuari videt ex ratione numerationis. Non est autem apertum / vtrum omnes homines pariter diligere debeamus et tantum quantum nos vel minus.

Nō ordinē caritatis.

¶An omnes homines pariter diligendi sunt.

Vnde etiaz sup

hoc sepe mouetur questio quaz perplexam faciunt sanctorum verba varie prolata. Quidam enim tradere videnť q̄ pari affectu omnes diligendi sint. sed in effectu. i. in exhibitione obsequij / distinctio obseruanda sit. Vnde augustinus omnes homines eque diligendi sūt Sed cum omnibus prodesse non possis his potissimum consulendum est qui ꝓ locorum et temporum vel quarumlibet rerum oportunitatibus. constrictius tibi quasi quadā sorte iunguntur. Pro sorte enim habendum est. quo quisq̄ tibi temporaliter colligatius adheret ex quo legis potius illi danduz esse. Idē

Aug. in li. de doctrina xpiana auctes ponit que videntur dicere omnes piter diligendos esse.

super epistolaz ad galathas. operemur bonum ad omnes. maxime autē ad domesticos fidei. i. ad cristianos. Omnibus enim pari dilectione vita eterna optanda est. et si non omnibus eadem possunt exhiberi dilectionis officia que fratribus maxime sunt exhibenda. qz sunt inuicem membra / q̄ habent eundē patrem. Dis alijsq̄ testimonijs imitantur qui dicunt oēs homines pariter diligendos esse caritatis affectu / sed in operis exhibitione differentiam.

¶Que his repugnare videntur

Quibus obuiat

illud preceptum legis diligendis parētibus honora patrem tuum ⁊ matrē vt sis longeuus super terrā. Vt quid eū specialiter illud preciperet de parentibus. nisi maiori dilectōne fozent diligēdi Sed hoc illi referendū dicunt ad exteriozem exhibitionē / in qua ꝓponendi sunt parētes. Vnde honora dixit ñ dilige. Obuiat etiā illud qd̄ teroꝝ. super ezechielem ait scz vt ordine caritatis sicut scriptū est. ordinauit in me caritatē post omniū patrem deuz carnis pater quoq̄ diligatur. ⁊ mater ⁊ filius. ⁊ filia frater ⁊ sozor Ambrosius quoq̄ diligendi exprimens ordinem super illō canticozum capitulo primo ordinauit ī me caritatem ait. Multoꝝ caritas inordinata est quod in primo est ponunt tercium vel quartum. Primo deus diligendus est. secundo parentes. Inde filij. post domestici. q̄ si boni sunt / malis filijs preponendi sunt scōm hoc in euangelio ad cuiusq̄ dilectionem propōum ponit / diliges dominum deum tuū ex toto corde tuo ⁊ ex omnib̄ viribus tuis ⁊ primum tuum sicut teipm et inimicos nō ex tota virtute. nō sicut teipsum ꝗ simpliciter. sufficit eū q̄ diligimus ⁊ non odio habemus Ecce ex premissis aperte insinuatur que in affectu caritatis distinctio sit habenda / vt differenti affectu nō pari homines diligam̄

¶Ordo diligendi hic oñdit.

& ante omnia deuz / secundo nosipsos. tercio parentes. Inde filios & fratres post domesticos / demũ inimicos diligamus ꝗ inquiunt illi / que de ordine dilectõnis supra dicũtur esse referenda ad operẋ exhibitionem que differenter ꝓximis exhibenda sunt. ꝓmo parentib' Inde filijs. post domesticis. demũ inimicis. deũ vero tam affectu q̃ obsequij exhibitione. ante omnia diligendum.

Q̃ aliqui eorundem tantũ proximos quantuz nos debere diligere tradunt.

Quorum etiam

nonnulli tradunt affectu caritatis tantum ꝓximos esse diligendos / quantum nosipos diligimus Quod ꝓfirmant autoritate aug. qui ait. Nec illa iam questio moueat / quantũ caritatis fratri debeamus impendere quantũ deo. Incõpabiliter plus deo q̃ nobis. fratri vero quantũ nobis. Nos autẽ tanto magis diligimus / quantomagis diligim' deũ Ex hoc et expremissis testimonijs aug asserunt oẽs homines pariter esse diligendos a nobis / & tm̃ quantũ nos. deũ aũt plusq̃ nos. corpus vero nostrũ minusq̃ nos vel ꝓximos. Nec in enumeratione premissa quatuor diligendorũ ordinem diligẽdi assignari dicunt / sed tantum que sunt diligenda.

Aug. in li. de trinitate.

Secundũ alios non pari affectu omnes diligendi sunt.

Veruz quia pre

missa vba ambrosij ordinem diligendi scõm affectum magisq̃ scõm effectum diligenter intuentib' explicare videnť nõ indocte alij dicunt non mõ in exhibitione operis / sed etiam in affectu caritatis ordinẽ differentem esse statutum vt ante oia diligamus deum. secõo nos tercio parentes. quarto filios vel fratres & huiõi. postea domesticos. demũ inimicos. Q̃ vero aug. dicit parit' omnes esse diligendos. et pari dilectione oibus vitam optandam / ita accipi põt vt caritas non ad effectuz referatur / ꝗ ad bonum q̃ eis optatur. q̃ caritatẽ omnibus optare debemus vt paria bona merant'. Sicut apostolus dicit Vlo lo omnes homines esse sicut me Optanda est em̃ minoribus perfectio maioruz vt ipsi fiant perfecti. & sic parem mereãtur beatitudinẽ. vel pari dilectione. i. eadem dilectione omnes diligendi sũt Item q̃ ait. vt tm̃ diligamus fratres quantum nos ita intelligi potest. i. ad tm̃ bonum diligamus fratres ad quantum nos / vt tm̃ bonum eis optemus in eternitate quantum nobis. et si nõ tanto affectu vel ibi quantum similitudinis est non quantitatis.

Determinatõ auctatuz que videnť aduersari.

Questio de parentibus bonis & malis.

Volet etiaz que

ri si parentes nostri mali sint. vel filij. vel fratres an magis vel minus diligendi sint alijs bonis hac ratione nobis nõ copulatis. Videtur q̃ magis sint diligendi boni. qui nobis carne non sunt ꝓiuncti / q̃ mali carne coniuncti. quia nobis sunt coniuncti corde glutino caritatis. Sanctior est em̃ copula cordium q̃ corporẋ. Vnde beda de illis verbis domini Pater mea et fratres mei hij sũt qui vbum dei faciunt ait. non iniurio / se negligit matrem. nec mater negatur que etiam de cruce cognoscitur. sed religiosiores monstrantur copule mentiũ q̃ corporum Veruntamen latebrosa q̃stio est hec. nec a nobis plene absoluenda ꝓperantibus ad alia. Mouemur em̃ sup verbis illis Inimicos nõ ex tota virtute. nõ sicut teipsum iubet diligẽ. ꝗ simpliciter sufficit em̃ q̃ diligim' & nõ odio habemus. Nõ non ita accipiendũ est / quasi sufficiat tibi diligere inimicũ. & non sicut teipsum / q̃ omnes & amicos et inimicos sic teipsum diligẽ

Beda.

debes. Sed ad ostendendũ gradus diligendi deum et ꝓximum et inimicum qui tũ proximus est. quia dominus ponit cum ait. Diliges deum ex tota vtute tua. ⁊ ꝓximum sicut teipm Non ait ex tota virtute vt ostendat ꝓximuz diligendum minus q̃ deum Dicit etiam diligite inimicos nec addit ex tota virtute. nec sicut teipsum sed simpliciter. Sufficit em̃ q̃ diligimus et non odio habemus. i. sufficit dicere vt diligam⁹ et nõ odio habeamus. non quin eos diligere debeamus sicut nos. quia proximi sunt / sed sufficit si eos minus diligimus q̃ alios proximos quod dilectionis genus inuenit.

Questio aug⁹ in libro retractationum.

Queri etiã solet

cur dominus preceperit diligere inimicos cuz alibi precipiat odio habere parentes et filios. Ad quod dicendum est duo esse diligenda in homine naturam ⁊ virtutem. vicium vero et peccatuz odiendũ. ⁊ parentes ergo inquantũ mali sũt odiendi sunt. et inimici diligendi inquantum hoĩes Diligamus ergo inimicos lucrandos regno dei. et odiam⁹ in ꝓpinquis si impediunt nos a regno dei. ⁊ in omnibus cõmuniter naturã diligamus quam deus fecit.

De gradibus caritatis.

Sciendum quo

q̃ ẽ diuersos esse gradus caritatis. Est enim caritas incipiens. proficiens. perfecta perfectissima. Unde augustinus. perfecta caritas hec est vt quis parat⁹ sit pro fratribus etiam mori. Sed nunquid mox vt nascitur iam prorsus perfecta est immo vt perficiatur nascitur cum fuerit nata nutritur cum fuerit nutrita roborazatur. cum fuerit roborata perficitur cum ad perfectionem veneritt / dicit cupio dissolui ⁊c. hic aperte progressus et pfectio caritatis insinuatur / quam perfectionem etiam veritas commendat dicens. Maiorem hac dilectionem nemo habet q̃ vt animam suam ponit quis pro amicis suis. Quod vtiq̃ dictum est de opere dilectionis. quia maior dilectionis effectus non est. q̃ ponere animaz pro alĩs. Nec te moueat q̃ ait pro amicis. q̃ em̃ ponit animã pro amicis / ponit et ꝓ inimicis ad hoc vt ipsi fiant amici.

Aug. super epistolas Job

Si melius ẽ diligere amicos q̃z inimicos vel econuerso.

Nc solet q̃ ri quid potius sit pluris q̃ meriti diligere amicos an diligẽ inimicos ꝗ hec comparatio implicita est. Si enim conferetur dilectio amicozuz tantum dilectioni amicozum et etiam inimicozum perspicua est absolutio. Sed si in aliquo vno homine q̃ diligit simul amicũ et inimicum quid hozum potius sit queratur / obscura est responsio. quia de motu mentis agitur / de quo ñ est nobis facile iudicium an vnus ⁊ idẽ motus sit erga amicum et inimicum / ꝗ erga amicum intensior an duo vnus erga inimicum. qui dicitur difficilior. alter erga amicum. qui videtur feruẽtior. Nec incongrue putatur melior qui est feruentior. vel si vnus idemq̃ ẽ inde potior vbi est ardentior non improbe estimatur Augustinus tũ sentire videtur maius esse diligere inimicuz q̃ amicum / qui perfectozum esse dicit diligere inimicos ⁊ benefacere eis neq̃ hoc a tanta multitudine impleri quãta exauditur in orazione dominica cũ dicitur. Dimitte nobis debita nostra sicẽ et nos dimittimus debitoribus nostris Illam em̃ responsionem dicit a multis impleri / qui nonduz diligunt inimicos Ait em̃ sic. Magnum est erga cum q̃ tibi nichil mali fecerit esse beniuolum ⁊ beneficum. Illud multo grandius et

DI. XXX.

Aug in encb.

magnificentissime bonitatis est. vt tu/
um inimicũ diligas/ ⁊ ei qui tibi maluz
vult et si põt facit. tu semp bonuz velis
faciasq; quod possis. audiens dicentez
ihesum diligite inimicos vestros et bñ
facite his qui odiunt vos ⁊ orate ꝓ per
se. ⁊ ca. v. Sed quoniam pfectorum fi
liorum dei est istud quo quidẽ se debet
omnis fidelis extendere/ ⁊ humanuz a
nimum ad hunc effectum orando deum
secunq; agendo. luctandoq; ꝓducere/
tamen quia hoc tam magnum bonum/
tante multitudinis nõ est/ quanta cre/
dimus exauditi/ cum dicitur in oratio
ne dimitte nobis debita nr̃a sicut ⁊ nos
dimittimus debitoribus nostris. Pro
culdubio ỹba sponsionis huius implen
tur/ si homo qui nondum ita profecit/
vt etiam diligat inimicum. tamen quã
do rogatur ab homine qui peccauit in
eum vt ei dimittat/ dimitte ex corde q̃
etiam sibi roganti vult dimitti/ cum o
rat et dicit. sicut et nos dimittimus de
bitoribus nostris. Quicũq; vero rogat
hoĩem in quez peccauit. si peccato suo
mouetur vt roget/ non est adhuc depu/
tandus inimicus. vt eũ diligere sit dif/
ficile/ sicut erat qñ inimicicias exerce/
bat. Quisquis vero roganti et peniten
ti non dimittit. non estimet a domino
sua peccata dimitti/ qz mentiri ỹtas
nõ potest. Que cum docuisset orationẽ
hanc in ea positam sententiam cõmen/
dauit dicens. Si dimiseritis hominib̃
peccata eorum/ dimittet ⁊ vobis pater
vester. Si vero nõ dimiseritis/ nec pa/
ter. v. di. vo. p. v. Ecce hinc haberi
videt quod ⁊ pretaxuimus scz maioris
virtutis esse diligere inimicuz ⁊ benefa
cere ei q̃ illum q̃ nihil mali fecit nobis
vel amicuz. Quod si quis ꝓcedere sim
pliciter noluerit dicẽs intẽsius diligit
amicus q̃ inimicus/ et ideo illud poti?
isto. determinet ista. scõm premissam
intelligentiam dicens. ibi comparationẽ
factam inter dilectionem qua diligitur
tm̃ amicus. et illam qua amicus ⁊ ini/
micus diligitur. Illud vero qõ sequi
tur magis nos mouet q̃ scz dicit non
esse tante multitudinis diligere inimi/
cos/ quanta exauditur cum dicitur di
mitte nobis debita nostra ⁊c̃. vbi dat ĩ
telligi/ q̃ alicui adeo dimittunt pecca
ta non diligenti inimicum/ si tamen fra
tri roganti qui in se peccauit dimittit.
Sed cum peccata non dimittantur a/
licui adulto nisi caritatem habeat. se/
quitur vt caritatem habeat qui non di
ligit inimicum. Quomodo ergo nomi/
ne ꝓximi omnis homo intelligitur in il
lo mandato. diligas proximum tuum
sicut teipsum Si em̃ omnis homo ꝓxi
mus est/ tunc inimicus. precipimur er
go inimicos diligere. ⁊ quia illud pre/
ceptum generale est. omnibus precipit
omnes homines diligere etiam inimi/
cos. Quidaz qõ hic dicitur simpliciter
tenere volentes. illud preceptum deter
minant dicentes. illic pfectis dari in p̃
ceptum/ diligere omnez hominem etiã
inimicum. Minoribus vero in consili
um. In precemptum vero diligere qui
nichil mali fecerunt eis. et inimicos nõ
odire. Sed melius est vt intelligat om
nibus illo mandato precipi/ cunctos di
ligere etiam inimicos. cui sensui atte/
stantur superius posite autoritates ⁊ a
lie ml'te. Illud vero aug̃. nouissime po
situm de pfecta caritate dictum intelli/
gitur que tm̃ est pefectorum. qui non so
lum amicos sed etiaz inimicos perfecte
diligũt. eisq; bene faciunt. Que perfe
ctio dilectionis non est tante multitudi/
nis. quanta exauditur in oõne domi/
ca. et hoc reuera granda est et eximie
bonitatis scz perfecte diligere inimicuz
ita et cum dicit impleri ỹba illius spõ
sionis ab homine qui non ita profecit
vt diligat inimicum de dilectione perfe
cta accipiendum est.

Si caritas semel habita amittatur.

OI. XXXI.

Illud quoq; non est pretereundũ
q̃ quidam asserunt cari
tem semel habitam ab aliquo non posse

excidere nullumq̃ damnandum / hanc aliquando habere qui hanc traditionē subditis muniunt testimonijs Apostol' ait caritas nunq̃ excidit Aug. etiā inquit. caritas q̃ deseri potest / nunq̃ vera fuit Item caritas est fons ꝓprius ⁊ singularis bonorum. cui nō communicat alienus. alieni sunt omnes / qui audituri sūt. Non noui vos. De hoc fōte scriptura ait / fons a que viue sit tibi ꝓ prius / et nemo alienus cōmunicet tibi Si aūt alieni sunt / qui audituri sunt illam vocē. non ergo huic fonti cōmunicant dānandi. Item aug. super epistolam iohānis. Radicata ē caritas / securus esto. nichil mali ꝓcedere pōt Item greg. in moralibus. valida est vt mors dilectio. vtuti em̄ mortis dilectio comparatur. qz nimirum mentem quā semel ceperit a dilectione mundi funditus occidit. Item aug. super eplam iob. vndio inuisibilis caritas est. Que in quo cunq̃ fuerit radix illi erit. que ardente sole are scere nō potest. nutritur caloze Solis nō arescit. Item beda super iob Querendum est qūo spiritale filij dei agnoscendi signū fuerit / quo super eū descenderit ⁊ manserit spiritus. Quid magni est filio dei q̃ in ipo manere spiritus astruat Notandumq̃ qz semper in dño manserit spiritus. In sanctis vero quamdiu mortale corpus gestauerint partim semp maneat / ꝓtim reddi turus secedat. Manet autē apud eos vt bonis insistant actibus. Recedit vo ad tempus / ne semp infirmos curandi mortuos suscitandi / demones eiciēdi vel etiā ꝓphetizandi habeant facultatē. Manet ergo semp vt possint habē virtutes vt mirabiliter ipsi viuant Venit ad tempus vt etiā alijs per miraculoz signa quales sint intus effulgeant. Item greg. in sanctoz cordibus scōm quasdam virtutes semper manet spūs. secundum quasdam recessurus venit ⁊ venturus recedit In his vtutibus sine quibus ad vitam non puenitur in electorum suoz cordibus permanet. In his vero per quas sanctitatis virtus ostenditur. vt in exhibitione miraculoz. aliquando adest. aliquando se subtrahit. Item ambro. ficta caritas est q̃ in adueritate deserit. Nec innuere videntur q̃ caritas semel habita / nō amittatur Ideo quidā in pretaxatam ꝓsilierunt audaciā / dicentes caritatē. a damnandis ñ haberi / nec a quoq̃ habitā posse amitti. quos ratio vincit ⁊ autoritas. Quidaz em̄ temp' sunt boni / q̃ postea fiunt mali. ⁊ econuerso. Vñ quorundā noia xps dicit scripta in li. vite. qui tamen postea abierunt retro. Sed scriptura dicit. non secundū prescientiā. sz secundū presentem iusticiam cui deseruiebant. qz digni erant tunc illo bono quod habituri sūt prescripti secundum presentiā. Unde ambrosius. Quibusdam gratia data est in vsum vt sauli ⁊ iude. et illis discipulis quibus domin' dixit. Ecce nomina vestra scripta sunt in celis ⁊ post abierunt retro. Sz hoc dixit ꝓpter iusticiam cui deseruiebant quia boni erant. Frequenter em̄ ante sunt mali / qui futuri sūt boni / ⁊ aliquotiens prius sunt boni. q̃ futuri erunt et pmansuri mali. secundum quod dicunt scribi in libro vite / et deleri.

Aug. ad Julianū comitē

Aug.

Greg. super psal. c. iij.

Beda.

Gregorius.

Ambz.

Ambro super eplaz ad Ro

Determinatio autoritatū predictarum.

Quod vero apostolus ait. caritas nunq̃ excidit / nulla tenus pro illis facit. dignitatem em̄ caritatis ostendens dicit eaz non excidē quia hic ⁊ in futuro erit. Sed fides et spes euacuabuntur ⁊ scientia Item qd̄ dicitur caritas nunq̃ fuisse vera. q̃ deseri potest / nō ad essentiam caritatis refertur. sed ad efficientiam / quia non efficit caritas que deseritur. hominez vero beatum non pducit ad verum bonū Huic etiam fonti alieni. i. damnandi ñ communicāt sez in fine. quia non perseuerant Potest tñ hoc zc. que de caritate dicta sūt de perfecta intelligi quaz soli pfecti habent. que semel habita nō

amittitur. Exordia vero caritatis/ aliquando crescunt/ aliquãdo deficiunt Sunt eñ virtutis exordia ⁊ perfectus ⁊ perfectio quos gradus ille discernit qui parabolam illam intelligit. sic est. regnum dei/ quẽadmodum si iaciet homo semen in terra et dormiat et exurgat semen et germinet ⁊ crescat ⁊c̃ Si ergo perfecta caritas sic radicata est. vt emitti nequeat/ incipiens tamen et prouecta amitti potest. ⁊ sepe amittit̃ Sed dum habetur non sinit habentem criminaliter peccare. Quod aug̃. ostendit inquiens. quia radix omniuꝫ malorum est cupiditas. ⁊ radix omnium bonorum est caritas. simul ambe esse non possunt/ nisi vna radicitus euulsa fuerit/ alia plantari non potest. Sine causa conatur aliquis ramos incidere. si radicem non ꝓtendit euellere.

Quare fides ⁊ spes ⁊ scientia dicuntur euacuari ⁊ non caritas. cũ ⁊ ea ex parte sit.

Aduertendum etiam est/ quomodo fides spes ⁊ scientia dicantur euacuari/ qꝛ ex parte sunt ⁊ non caritas/ cum ⁊ ipsa ex parte sit. Ex parte enim. i. imperfecte diligimꝰ sicut ex parte scimus vt ait esicius super leuiticum. cuꝫ ergo omne quod ex parte est euacuetur/ cur caritas excipitur que dicitur nunq̃ excidere. Caritas q̃dem etiaꝫ ex parte est vt sepe sancti docent. quia ex parte diligimus nunc. et ideo ipsa euacuabitur. inquantum ex pte est. qꝛ tolletur imperfectio. ⁊ addetur perfectio. Remanebitq̃ ipsa aucta ⁊ actus eius et modus diligendi vt diligas deum propter se/ et toto corde. et ꝓximum tuum sicut teipsum. Sed imperfectionis modus eliminabit̃. fides vero et spes penitus euacuabunt̃. scie̅tia vero secundum actum ⁊ modum suum qui nunc est/ non secundum sui essentiam tolletur. Ipsa enim virtus scientie remanebit. sed alium tenebit vsum et modum.

Esicius super leuiticuꝫ.

Si cristus ordinem caritatis prescriptum habuerit.

Nunc iam super est inuestigare si cristus secunduꝫ q̃ homo ordinem diligendi perscriptum seruauerit. Quod si est/ omnem hominẽ sicut seipsum dilexit. Omnibus ergo vitaꝫ optauit. omnesq̃ saluos fieri voluit. sed non omnes salui sunt. ⁊ ita nõ est factum qõ optauit. sed non est ignorandum in eo fuisse caritateꝫ iuxta modum patrie non vie. eumq̃ ordinem diligendi implesse qui seruatur in patria non in via. Qui enim in patria sunt. i. iam beatificati sũt. adeo iusticie dei addicti sunt/ vt nichil eis placeat. nisi qõ deo placet. At per hoc illorum tantuꝫ salutem diligunt et volunt. quos deus saluari vult eosq̃ solos/ sicut se diligũt Ita et xp̃s electos tantum sicut se dilexit. eorumq̃ salutem optauit.

De caritate dei.

OI. XXXII

Remissis adiciendũ est de dilectõne dei qua ipse diligit nos que non alia est q̃ illa qua diligimus eum. Dilectio autẽ dei diuina vsia est. eademq̃ dilectione pater et filius et spiritussanctus se diligũt/ ⁊ nos vt supra disseruimus. Cũ q̃ eius dilectio sit immutabilis ⁊ eterna alium tamen magis/ aliuꝫ minus diligit. Unde aug̃. In comprehensibilis ẽ dilectio dei atq̃ immutabilis qua deus in vnoquoq̃ nostrum amat quod fecit. sicut et odit quod fecimus. Miro ergo et diuino modo. etiam quando odit diligit nos. et hoc quidem in omnibus intelligi potest. Quis ergo digne potest eloqui quantum diligat membra vnigeniti sui/ ⁊ quanto amplius vnigenitum ipsum. De ipso etiam dictum est

Aug̃. sup Io

nichil odisti eorum que fecisti. Ex his percipit q deus omnes creaturas suas diligit quia scriptum est. nichil odisti eorum que fecisti. Et item vidit deus cuncta que fecerat / et erāt valde bona Si omnia que fecit bona sunt. ⁊ omne bonum diligit / omnia ergo diligit q̄ fecit / et inter ea magis diligit rationales creaturas / et de illis eas amplius / que sunt membra vnigeniti sui / et multomagis ipsum vnigenitum.

Ex qua intelligentia dicitur magis vel minus diligere hec vel illa.

Cum autez dilectio dei immutabilis sit. et ideo non intenditur vl' remittitur. si queritur quesit ratio dicti cum dicitur magis vel minus diligere hoc q̄ illud. ⁊ cuz dicitur deus omnia diligere dicimus dilectionem dei. sicut pacem exuperare omnez sensum humanum / vt ad tante altitudinis intelligentiam / vix aliquatenus aspiret humanus sensus.

Ex quo sensu omnia que fecit deus diligere dicatur.

Potest tamē sane intelligi ea ratione dici omnia diligi a deo que fecit / quia omnia placent ei. omnia approbat inquantum opera eius sunt nec tunc nec prius vel amplius placuerunt ei cum facta sunt scz anteqū fierent / immo ab eterno omnia placuerunt ei non minus q̄ postq̄ esse cepe/runt. Qz vero rationales creaturas. i. homines vel angelos alios magis / alios minus diligere dicitur / non mutabilitatez caritatis eius significat. sed q alios ad maiora bona / alios ad minora dilexit / alios ad meliores vsus / alios ad minus bonos. Nia em̄ bona nostra ex eius dilectione nobis pueniūt. Electorum ergo alios magis. alios minus dilexit ab eterno ⁊ diligit etiam nunc quia alijs maiora. alijsq̄ minora ex dilectione sua p̄parauit bona. alijsq̄ maiora et minora bona confert in tempore. vnde magis vel minus dicitur hos vel illos diligere.

Quomō alios magis alios minus diligere dicitur.

Qz duobus modis inspiciēda est dilectio dei.

Consideratur enim duobus modis dilectio dei secundum essentiam. ⁊ secundum efficientiā non recipit magis vel minus secundum essentiam. sed tantum secundum efficientiam vt magis dilecti dicantur / quibus ex dilectione ab eterno maius bonum preparauit et in tempore tribuit. et minus dilecti quibus ñ tantū. Inde etiam est q aliqui quando puertuntur et iustificantur dicuntur tunc incipere diligi a deo. Non q deus noua dilectione quenq̄ possit diligere / immo sempiterna dilectione dilexit ante mundi pstitutionem quoscunq̄ diligit. Sed tunc dicuntur incipere diligi ab eo / cū eterne dei dilectionis sortiuntur effectum scz gratiam vel gloriam. Unde augustinus. absit vt deus temporaliter aliquid diligat. quasi noua dilectione. q̄ et in ipso ante non erat. apud quē nec preterita transierunt. et futura iam facta sunt. Itaq̄ iam omnes sanctos suos ante mundi pstitutionem dilexit sic̄ predestinauit sed cum puertuntur ⁊ inueniunt illum tunc incipere ab eo diligi dicunt vt eo modo dicatur / quo potest humano affectu capi quod dicitur Sic etiam iratus malis dicitur / et placidus bonis. illi mutantur / et non ipse vt lux in firmis oculis aspera. firmis lenis est ipsorum scilicet mutatione non sua. Ita cum aliquis per iustificationē incipit esse amicus dei / ipse mutatur non deus.

Si quis magis vel min' diligatur a deo vno tpe q̄z alio.

Si vero querit

de aliquo. vtrum magis diligatur a deo vno tempore q̃ alio / distinguenda est dilectionis intelligentia. Si em̃ referatur ad dilectionis effectum / cõcessibile est. Si vero ad dilectionis essentiam inficiabile est.

¶ Si deus ab eterno dilexit reprobos.

De reprobis vero

qui preparati non sũt ad vitam ꝗ ad mortem / si queritur vtrum debeat concedi q deus ab eterno dilexerit eos Dicimus de electis solis simpliciter hoc esse pcedendum / q deus ab eterno eos dilexit quos ad iusticiam et coronam p̃parauit. De non electis vero simpliciter est concedendum / q odio habuit / id est reprobauit. Sicut legitur. Jacob dilexi esau odio habui. Sed non est simpliciter dicendum. q dilexit / ne predestinati intelligantur sed cum adiectione dilexit eos / inquantũ opus eius futuri erant id est quos et quales factur⁹ eos erat.

¶ De quatuor virtutibus principalibus.

¶ Di. XXXIII

Post predicta

de quatuor virtutibus. q̃ principales vel cardinales vocãtur disserendum est que sunt iusticia. fortitudo. prudentia. temperantia. Dequibus aug. ait. Justicia est in subueniendo miseris. prudentia in precauendis insidijs. fortitudo in perferendis molestijs. temperantia in coercendis delectationibus prauis. De his dicitur in libro sapiencie. sobrietatem et prudentiam docet iusticiam et veritatem sobrietatem vocat temperantiam. et veritatem vocat fortitudinem. Hee virtutes cardinales dicuntur vt ait iero. quibus in hac mortalitate bene viuitur / et post ad eternam vitam peruenitur. Que in cristo plenissime fuerunt et sũt de cuius plenitudine nos accepimus. In quo habuerunt vsus eosdem. quos in patria habent. et quosdam etiam vie Veruntamen an hee virtutes. cum et ipse in animo esse incipiant / qui cum sine illis prius esset tamen animus erat. desinant esse cũ ad eterna perduxerint non nulla questio est. Quibusdam visũ est eas esse desituras. et de tribus quidem prudentia scz fortitudine temperãtia cum hoc dicitur. non nichil dici videtur. Justicia enim immortalis est. et magis tunc perficietur in nobis q̃ esse cessabat Cum beate viuemus ptemplatione nature diuine. que creauit omnes ceteras q̃ instituit naturas. qua nichil melius et amabilius ẽ. Cui regenti subditum esse iusticie est. et ideo immortalis est omnino iusticia nec in illa beatitudine esse desinet. sed talis ac tanta erit / vt perfectior et maior esse non possit. Fortassis et alie tres virtutes prudentia sine vllo iam periculo erroris. fortitudo sine molestia tolerandorũ malorum. temperantia sine repugnatione libidinum erunt in illa felicitate. vt prudentie ibi sit nullum bonum deo pponere vel equare. fortitudinis ei firmissime coherere. Temporantie nullo defectu noxio delectari Quod vero nũc agit iusticia in subueniendo miseris. quod prudentia in precauẽdis insidijs quod fortitudo in perferẽdis molestijs quod temporantia in coercendis delectationibus prauis. non erit ibi omnino vbi nichil mali erit Ista ergo virtutum opera / huic mortali vite necessaria sicut fides ad quam referanda sunt in preteritis habebuntur. Ecce aperte hic dicit aug. q predicte virtutes in futuro erunt. ꝗ alios vsus tunc habebunt quãmodo Cui beda assentit super exodum ita dicens Columne ante quas expensum est velum / potestates celi sũt quatuor eximijs virtutib⁹ preclare. i.

¶ Aug. in libro xviij. de tri.

¶ Q hee vtutes in xpo fuerũt

fortitudine prudentia. temperãtia. iustitia. que aliter in celis seruãtur ab angelis et animabus sanctis q̃ hic a fidelibus. Et ꝓsequenter assignat beda vsus illarum virtutum secundum presẽtem statum et futurum. imitans augustinuz. in premissis assignationibus.

De septẽ donis spiritussancti

Qi. XXXIIII

Nunc ꝑ septem donis spiritussancti agendum est vbi prius considerandum est/ an hec dona virtutes sint. Secundo an in futuro desitura sint vel omnia vel horũ aliqua Deinde an in christo fuerit cuncta hec dona. hec dona virtutes esse nec in futuro desitura. Ambro. ostendit ea vij. fore virtutes dicens/ ⁊ in angelis abundantissime esse sic. Ciuitas dei illa hierusalem celestis non meatu alicuius fluuij terrestris. abluitur. ſ ex vite fonte procedens spiritussancti cuius nos breui satiamur haustu in illis celestib⁹ spiritibus redundantius videtur effluere pleno. vij. virtutum spiritualiũ ferens meatu. Vi enim fluuius riparum crepidinibus editis superfusus exundat quantomagis spiritus omnem supeminens creaturam/ cum nostre mẽtis arcana tanq̃ inferioza perstringat/ celestem illam angelorum naturam effusione quadam sanctificationum vbertate letificat. De inde sanctificationẽ exponens subdit. his autem sanctificationibus significatur plenitudo septem spiritualiuz virtutum quas enumerat isaias dicens. Spiritus sapientie et intellectus/ consilij ⁊ fortitudinis/ scientie et pietatis ⁊ timoris dñi. Unum ẽ ergo flumẽ spiritussancti/ sed multi spiritualium donorum meatus Quamuis ergo multi dicãtur spiritus vt spiritus sapientie et intellectus ⁊c. vnus est tamen dei spiritus sue libertatis arbiter omnia pro autoritate voluntatis diuidens singulis. Hic expresse traditum est septem dona et virtutes esse sanctificationesq̃ fidelium mentium/ et in futuro non desitura cuz sint ⁊ in angelis.

Amb.

Qi in christo fuerint illa septez dona.

In cristo etiam hec eadem fuisse. isaias ostendit dicẽs Egredietur virga de radice iesse. et flos de radice eius ascendet et requiescet super euz spiritus domini. spiritus sapientie ⁊ intellectus. spiritus consilij ⁊ fortitudinis. Spiritus scientie et pietatis. et replebit eum spiritus timoris domini.

Qi videtur obuiare premisso.

His autez videtur obuiare/ quod beda de timore domini dicit/ super parabolas scz q̃ omnis timor in futuro cessabit. Ait em̃ sic super illum locum Timor domini principium sapientie/ duo sunt timores domini/ seruilis qui principium est sapiẽtie/ et amicabilis qui perfectionem sapientie comitatur. Seruilis principiũ sapientie est/ quia qui post errata sapere incipit primo timore corripitur diuino ne puniatur. Sed hunc perfecta caritas foras mittit. Succedit huic timor domini sanctus permanẽs in seculum seculi. Quez non excludit caritas sed auget quo timet filius ne vl' in modico oculos amantissimi patris offendat/ vterq̃ in futuro cessabit. caritas vero nunq̃ excidet. Aug. vero super illum locum psalmi. Adorabo ad templũ sanctuz tuũ in timore tuo/ timorem dei desiturum dicit sic. Timor domini est magnum presidium ꝓficientibus ad salutem/ sed puenientibus foras mittitur. Non ergo timent iam amicum/ cũ scilicet ad id quod repromissuz est perducti fuerint Ex his autoritatibus significatur q̃ timor non erit in futuro Si

autem timor non fuerit in futuro. ergo nec septem dona erunt nec modo sunt in angelis siue in animab⁹ sanctis. Ad quod dicimus autoritatum premissarum que videtur repugnantiaz dirimentes q. vij. illa dona ⁊ in angelis modo sũt et in animabus sanctis feliciter viuentibus. ⁊ in nobis erunt in futuro. ꝗ non habebunt omnia hos vsus siue hec officia que nunc habent vt verbi gratia. Timor filialis modo facit timere ne offendamus quez diligimus et ne separemur ab eo. facit etiam nos reuereri eundem. In futuro vero faciet nos reuereri quando non timebimus separari vel offendere. Non ergo metus separationis vel offensionis nunc ē in angelis vel in animabus sanctis nec in nobis erit in futuro/sed reuerentia que ē mixta cum in subiectione dilectionis. que etiam in xpo fuit sicut apostolus dicit i epistola ad hebreos loquens de cristo. qui exauditus est pro sua reuerētia. quidam tamen secundum effectum timorem in christo et in angelis tantuz esse contendunt.

Plena timorum distinctio.

Et qz de timore

tractanda nobis occurrit locus. sciendum est quatuor esse timores scz mundanum siue humanum seruilem initialem castum vel filialem vel amicalem. Humanus timor est vt ait cassiodor⁹. quando timemus pati pericula carnis vel pdere bona mundi ppter quod delinquimus. Hic timor malus est qui i primo gradu cum mundo deseritur q̃z dominus phibet in euangelio. dicens. nolite timere eos qui occidunt corpus ꝛc. Timor autem seruilis est vt ait augustinus cum per timorem gehenne cõtinet se homo a peccato quo presentiam iudicis ⁊ penas meruit et timore facit quidquid boni facit. non timore amittendi eternum bonum/quod non amat. sed timore patiendi malum quod formidat. Non timet ne perdat ãplexus pulcerrimi sponsi. sed timet ne mittatur in gehennam. Bonus est iste timor et vtilis licet insufficiens per quē fit paulatim ꝓsuetudo iusticie/et succedit initialis timor. Qñ incipit quod durum erat amari ⁊ sic incipit excludi seruilis timor a caritate. ⁊ succedit deinde timor castus siue amicalis. Quo timemus ne spõsus tardet/ne discedat ne offendamus ne eo careamus Timor iste de amore venit. Ille quidem seruilis est vtilis. sed nõ per manens ineternum vt iste. Timor diuinus comes est per omnes gradus.

Collatio predictorum.

Et attẽde ꝗ qua

tuor hic distinguuntur timores cum supra beda duos dixerit esse. Sed beda humanum timorem pretermisit. et nomine seruilis duos quos hic distinxim⁹ complexus fuit scz seruilem ⁊ initialez Amicalem vero castum dixit Augustinus quoqz seruilem et castum timorez aperte discernit. dum epistole ad romanos illum locum exponit. Non eñ accepistis spiritum seruitutis iteruz in timore. sed accepistis spiritum adoptionis filiorum dei ita dicens. Duo timores insinuantur hic vnus qui est in perfecta caritate scz timor castus. alter q̃ nõ est in caritate scilicz seruilis in quo quamuis deo credatur non tamen in deum. et si bonum fiat/non tamen bene. Nemo eñ inuitus benefacit. etiam si bonum est quod facit.

De casto et seruili plenius agit tangens interdum de inicial.

De his eisdem ti

moribus latius disputat augustinus dicens. Cepit aliquis credere diem iudicij si cepit credere/cepit et timere Sz

qui adhuc timet. nondum habet fidu/ciam in die iudicij/ nondum est in illo p fecta caritas/si perfecta in illo esset ca/ritas non timeret. Perfecta enim cari tas faceret perfectam iusticiam/et non haberet quare timeret. immo haberet quare desideraret vt transeat iniq̃tas ⁊ veniat regnum dei. ergo timor nõ est in caritate. sed in qua caritate. non in inchoata. In qua ergo inperfecta. per fecta inquit caritas. foras mittit timo/rem/ergo incipiat timor. quia iniciuz sapiẽtie timor domini. Timor em̃ qua si locum preparat carittati. Cum autẽ ceperit caritas habitare pellitur timor qui ei preparauit locum. Quantuz em̃ illa crescit/ille decrescit. ⁊ quantuz il/la fit interior timor. pellitur foras ma/ior caritas/minor timor. minor caritas maior timor. Si autem nullus ẽ timor non est qua intret caritas/sicut videm̃ per setam introduci linum quando ali/quid suitur. seta prius intrat nisi exeat non succedit linum. Sic timor p̃mo oc cupat mentem non autem ibi remanet timor/quia ideo intrauit vt introduce ret caritatem.

Sic tangit ꝺ iniciali timore

Quid videtur predictis aduer sari.

Est autẽ alia sen tentia que videtur huic esse contraria/ si non habet pium intellectorem. Dicit enim in psal'. Timor domini castus p/manet in seculum seculi. Eternum quẽ dam timorem nobis ostendit scz castuz Quod si ostendit ille nobis eternum ti/morem/nunquid ꝓtradicit illi ista epi stola. que dicit timor non est in carita/te sed perfecta caritas foras mittit ti/morem hoc enim dictum est per iohan/nem illud dictum est per dauid/sed no lite putare alium esse spiritum. Si vn̄ flatus inflat duas tibias. non põt vnus spiritus implere duo corda. et agitare duas linguas Si spiritu vno. i. vno fla tu̅. implete due tibie ꝓsonant/implete due lingue spiritu dei dissonare possũt immo etiam ibi quedam consonantia est/quedam concordia. sed auditorez desiderat studiosum/non ociosum. Ec ce mouit duas linguas spiritus dei/⁊ audiuimus ex vna timor non est in ca/ritate. audiuimus ex alia/timor domi ni castus permanet in seculum seculi. Quid est hoc? Dissonat? Non. Ex cu te aures. intende melodiam. non sine causa/hic addit castus. illic non addi/dit quia est timor aliquis qui dicit ca/stus est autem alius timor qui non dici tur castus. Discernamus istos duos ti morez et intelligamus consonantiaz ti biaruz. Quomodo discernimus. Attẽ dit caritas vestra. Sunt homines qui ꝓpterea timent deum ne mittantur in gehennam ne forte ardeant cum dya/bolo in igne eterno. ipse est timor qui ĩ troducit caritatem sed sic venit vt exe at. Si enim ꝓpter penas timens deum nondum amas quem sic times/non bo na desideras sed mala caues sed ex eo quia mala caues corrigis te et incipis bona desiderare. Cum bona desidera/re ceperis erit in te timor castus. Quid ẽ timor castus? Timere ne amittas ip sa bona/timere deum ne recedat a te. Cum autem times deum ne te deserat presentia eius amplecteris eũ. ipo frui desideras.

Quomõ distent duo timores per similitudinẽ duarum mu lierum ostendit.

Non potes meli us explanare quid intersit inter duos is tos timores q̃ si ponas duas mulieres maritatas quarum vnam ꝓstituas vo/lentem facere adulterium/sed timet ne damnetur a marito. Timet maritum quia adhuc amat nequiciam. huic non grata est sed onorosa mariti presentia et si forte viuit nequiter timet marituz ne veniat. Tales sunt qui timet diez iu dicij. Fac alteram amare viruz debere

illi castos amplexus nulla se adulteri/
na īmūdicia maculare velle/ ista optat
presentiam viri illa timet/ ⁊ ista timet
Jam ergo interrogentur quare time/
ant. Illa dicet timeo virum ne veniat
illa dicet timeo virum ne discedat. illa
dicet timeo virum ne damnet. illa di/
cet timeo virum ne deserat Pone hec
in animo et inuenis timorem/ quem fo
ras mittit caritas. et alium timorē ca/
stum permanentem in seculū seculi. Il
lum timorem perfecta caritas foras mit
tit. quia ille timor tormentum habet.
torquetur pscientia peccatorum/ non/
dum facta est iustificatio. Est ibi quod
citillat mentē. q̄ pugnat. q̄ stimulat.
stimulat ille timor. sed intrat caritas q̄
sanat quod vulnerat timor. timor ca/
stus facit securitatem in animo. Audi
uimus duas tibias iohannem ⁊ dauid
consonantes. illa de timore dei dicit/
quo timet anima ne damnetur. illa de
timore quo timet anima ne deseratur.
Ille est timor quem caritas excludit. il
le est timor qui permanet in seculum se
culi. Ecce in his verbis predictis aper
te ostendit aug̃. quis sit timor castus ⁊
quis seruilis. et qualiter differant. In
quibus etiā inicialē timorē significauit
q̄ nec ex toto est seruilis nec ex toto cast-
F tanq̄ medius aliq̄ de seruili. et aliq̄d
de casto timore habet. facit enim serui
re partim timore pene. partim amore
iusticie/ p quē timemus puniri et time
mus offendere. Iste timor est in incho
ata caritate non imperfecta/ et quantū
crescit caritas/ tm̄ decrescit iste timor
quantum ad metum pene. i. quantū ad
id q̄ facit timere penam et quantum ad
tormentum pscientie. Nam quanto di
ligimus tanto minus timemus. Iste ti
mor notatur in illis verbis aug̃. vbi nō
negat timorem esse in caritate incboa/
ta sed inperfecta. Quod nō posset dici
de seruili quia vt ipse supra dixit ser/
uilis timor non remanet veniente cari/
tate nec intrat caritas nisi prius ille ti
mor exeat/ nec in illo timore aliq̄s cre
dit in deum et si credat deo nec benefa
cit etiam si bonum est quod facit. Non
est ergo timor ille in caritate etiam in/
choata/ quia omnis qui caritatem ha/
bet/ licet non perfectam. et in deum cre
dit. et bene bona facit. quare seruilis
nō est timor ille quem in caritate incho
ata fore pcessit/ ⁊ quem crescente cari/
tate decrescere dixit. Sed ille ē timor
inicialis/ quem non negat esse in carita
te nisi perfecta sit.

¶Q̄ timor seruilis et inicialis
dicitur inicium sapientie sed
differenter.

Sciendum tamē
est q̄ vterq̄ timor scilicet seruilis et in
icialis. in scripture diuersis locis dici
tur inicium sapientie/ ⁊ ita fore compe
ries si diligēter annotaueris loca scrip
ture in quibus d timore domini fit mē
tio/ ex alia tamen ratione et causa di/
uersa dicit seruilis timor inicium sapi
entie et ex alia inicials. Seruilis cm̄
ideo dicitur inicium sapientie/ q̄ pre/
parat locum sapientie ⁊ ducit ad sapi/
entiam/ sed tamen non remanet cū ea
immo foras exit. Inicialis vero dicit
inicium sapientie/ quia est incboata sa
pientia/ quem cum quis habere inci/
pit sapientiam et caritatem habere in/
cipit. Inde etiam est q̄ vterq̄ timor di
citur inicialis. quod inuenire poteris
per diuersa scripture loca Vterq̄ etiā
timor interdum dicitur seruilis. quia ⁊
ipse inicialis qui est in caritate incboa
ta aliquid habet de seruili scilicet an/
gorem pene/ sicut et aliquid habet de
casto scz q̄ timet offendere ac separari

¶De hoc quod aug̃. dicit castū
timorem esse eternum

Illud quoq̄ di
ligen[illegible]er est notandum q̄ in superiorib̄
augustinus dicit/ castum timorem esse
eternum per quod pfirmatur premissa

sententia scz q̃ spiritus timoris erit in futuro sicut et alia dona spiritussancti sed non habebit omnem illum vsum q̃z modo habet. Faciet enim tunc nos reuereri deum / non timere separari vel carere. Fuit ergo et in christo timor ille. sed iuxta vsum illum quem habebit in futuro in sanctis. Non enim timuit xp̃s separari vel offendere deum ꝗ euz pre omnibus reueritus est.

An timor pene qui fuit in cristo fuerit seruilis vel inicialis vel alius.

Cum autem fuerit in cristo timor pene / querit an iste timor fuerit mundanus. vel seruilis vl̃ inicialis. Ad quod dicimus / nullus eorum fuisse in christo / quia timor mundanus malus est vt supra dictum est / et in primo gradu cum mundo deseritur Seruilis vero vel inicialis in perfecta caritate non est. nullus ergo timorum istorum fuit in cristo. Quis ergo fuit timor iste quo penas timuit. Potest timor ille dici naturalis vel humanus q̃ omnibus hominibus inest quo horret moras ac formidatur pena et dicitur timor iste naturalis. non quia accesserit homini ex natura secunduz q̃ prius fuit instituta quia non fuit iste timor concretus homini nec de bonis naturalib' sed quia ex corrupta natura per peccatum omnibus aduenit cui corruptio inoleuit tanq̃z essz naturalis. et est iste timor effectus peccati vt predictum est.

Quomõ differant sapientia ⁊ scientia.

Oi. XXXV

Post p̃mis sa diligẽter cõsiderandum est. in quo differat sapientia a scientia. De hoc augustinus ita ait. philosophi disputantes de sapientia diffinierẽt eam dicentes. Sapientia est rerum humanarum diuinarumq̃z scientia. Ego quoq̃z vtrarumq̃z rerum cognitionẽ. i. diuinarum et humanarum et sapientiam et scientiaz dici posse non nego. verum iuxta distinctionez apostoli qua dixit alij daf ꝗmo sapientie. alij ꝗmo scientie. illa diffinitio diuidenda est vt rerũ diuinarum cognitio sapientia proprie nuncupetur. Humanarum vero rerum cognitio ꝓprie scientie nomen obtinet. Neq̃z vero quidquid sciri ab homine potest in rebus humanis vbi plurimum superuacue vanitatis et noxie curiositatis est huic scientie tribuo / sed illud tantum quo fides saluberrima q̃ ad veram beatitudinem ducit gignitur mittitur / defenditur / roborazatur / qua scientia nõ pollent fideles plurimi quãuis polleant ipsa fide plurimum. Aliꝫ est enim scire tantummodo quid homo credere debeat ꝓpter adipiscendaz vitam beatam / aliud est scire quomodo hocipsum ex pijs opituletur et contra impios defendatur que proprio vocabulo appellatur scientia. De his quoq̃z duabus virtutibus idem aug̃. differentiam inter eas assignans super psalmũ ait. Distat sapientia a scientia testante sancto iob qui quodãmodo singula diffiniens ait sapientia est pietas. sciẽtia vero est abstinere a malis. pietatem vero hoc loco posuit dei cultuz qui grece dicitur theosebia que est in cognitione et dilectione eius quod semper est ⁊ incommutabiliter manet / quod deus ẽ Abstinere vero a malis ẽ in medio prauenationis prudenter versari. Idem quoq̃z inter hec duo apte distinguens ait. Distat ab eternorum ꝓtemplatione actio. qua bene vtimur temporalib' rebus. et illa sapientie hec scientie deputatur quamuis ex illa que sapientia est possit nuncupari scientia. vt apostolus loquitur dicit. Nunc scio ex parte quam scientiam profecto contemplationis dei vult intelligi. In hoc ergo differentia est quia ad contemplationem sapientia / ad actionem vero scia pertinet

Aug̃. in. xiiij̃ li. de trinita.

Diffinitio sapie ꝗm phos.

Ecce aperte demonstratum est in quo differant sapientie spiritus et spiritus scientie scz vt sapientia diuinis/ scientia humanis attributa sit rebus. et vt docet aug. vtrumq; agnoscimus in cristo scz et rem diuinam et rem humanaz et ideo de ipso habemus sapiam et sciẽtiam. Cum enim legitur verbum caro factum est. in verbo intelligitur verus dei filius. in carne agnoscit verus hominis filius. Item cum dicitur vidimꝰ plenum gratie ⁊ veritatis. gratiam referamus ad scientiam. et veritatem ad sapientiam. quia in cristo sapientia et scientia fuit plenarie/ et nos scientiam et sapientiam de eo habemus qui est deus et homo.

In quo differat sapientia ab intellectu.

